tam te ad eos. Quo responden-
te. presto sum ait. Dixitque ei.
Vade & uide si cuncta prospere
sint erga fratres tuos & pec-
cora & renuncia michi quid
agatur. Missus de ualle be-
bron. uenit in sicchem. Inue-
nitque eum uir errantem
in agro. & interrogauit quod
quereret. At ille respondit.
Fratres meos quero. indica
michi ubi pascant greges.
Dixitque ei uir. Recesserunt
in loco isto. Audiui autem
eos dicentes. eamus in dotan.
Preterit ergo ioseph post fratres suos.
& inuenit eos in dotan. Qui cum in-
dissent eum procul. ante quam acce-
deret ad eos cogitauerunt illum
occidere & mutuo loquebantur.
Ecce somnator uenit. uenite oc-
cidant eum & mittant eum in cis-
ternam ueterem dicentes. fera

pestifera deuorauit eum. Et tunc
apparebit. quid illi profuerit somp-
nia sua. Audiens hoc ruben. nite-
batur liberare eum de manibus
eorum et dicebat. Non interfici-
eamus animam eius. nec effun-
damus sanguinem sed. proi-
cete eum in cisternam hanc que est in
solitudine. manus que uestras
seruate innoxias. Hoc autem di-
cebat. uolens eripere eum de
manibus eorum. & reddere pa-
tri suo. **In sabbato**

Lee libri genesis.

In diebus illis. Dixit rebecca
filio suo iacob. Audiui patrem
tuum loquentem cum esau fra-
tre tuo. & dicentem. Asser mi-
chi de uenatione tua. & fac ei
bos ut comedam. & benedicam
tibi coram domino antequam
moriar. Hunc ergo filium. ad-
quiesce consilium meum. & per-
gens ad gregem adfer michi
duos edos optimos. ut faciam
ex eis escam patri tuo quibus li-
benter uescitur. Quas cum in-
tulit & comederit. benedi-
cat tibi priusquam moriatur.
Cui ille respondit. Nosti quod
esau frater meus homo pilo-
sus sit et ego lenis. si aduocata

uerit me pater meus & sen-
 rit: timeo ne putet sibi uoluisse
 inuidere. & inducat super me
 maledictionem pro benedicti-
 one. Ad quem mater: In me sit at-
 ista maledictio. fili mi. Tantum
 audi uocem meam. **per** afferq;
 dixi; Abiit & attulit. dedit que
 matri. Parauit illa cibos sicut
 nouerat uelle patre illius. &
 uestibus esau ualde bonis q̄s
 habebat apud se domu indu-
 it etiam. Pelliculas que **aurum**
 circumdedit mambus & colli-
 nuda protexit. Dedit pulme-
 tum. & panes quos **operat**
 tradidit. Quibus inlati
 dixit. Pater mi. at ille res-
 pondit audio; Quis es tu fi-
 li mi. Dixit que iacob. Ego
 sum esau primogenitus tuus.
 feci sicut precepisti michi. Su-
 rge sede et comede de uenati-
 one mea: ut benedicat mi-
 chi anima tua. Rursum isaac
 ad filium suum. Quomodo
 inquit tam cito inuenire po-
 tuisti. fili mi. Qui respondit
 voluntas dei fuit: ut tam cito
 occurreret quod uolebam. Dix-
 it que ysaac. Accede huc ut
 tangam te fili mi. & probem

utrum tu sis filius meus esau.
 an non. Accessit ille ad patrem
 & palpato eo dixit ysaac. Vox
 quidem uox iacob est: sed ma-
 nus manus sunt esau. Et non
 cognouit eum: quia pilose ma-
 nus similitudinem maioris **exps**
 seruat. Benedicens ergo illi
 ait. Tu es filius meus esau. res-
 pondit ego sum. At ille. Offer-
 inquit michi. cibos de uenatio-
 ne tua fili mi. ut benedicat ti-
 bi anima mea. Quos cum ob-
 latos comedisset: obtulit ei
 etiam uinum. Quo hausto:
 dixit ad eum. Accede ad me.
 & da michi osculum fili mi.
 Accessit. & osculatus est eum.
 Statim que ut sensit uesti-
 mentorum illius fragrantiam
 benedicens ait. Ecce odor filij
 mei. sicut odor agri: cui be-
 nedixit dñs. Det tibi domum
 de rore celi. & de pinguedine
 terre habundanciam frumē-
 ti & uini & olei. & seruiant
 tibi populi. & adorent te tri-
 bus. Esto dominus fratrum
 tuorum. et incuruentur ante
 te filij matris tue. Qui ma-
 ledixerit tibi maledictus erit.
 Et qui benedixerit tibi bene-

dictionibus repleatur. **I**uxta ysaac sermonem impleuitur. egresso iacob foras. uenit esau coctos que de uenatione cibos. intulit patri dicens. Surge pater meus & comede de uenatione filii tui. ut benedicat michi anima tua. Dixitque illi isaac. Quis enim es tu. qui respondit. Ego sum tuus filius primogenitus esau. Expauit ysaac stupore uehementi. & ultra quam credi potest admiratus ait. Quis igitur ille est qui dudum captam uenationem adtulit michi. & comedi ex omnibus priusquam tu uentres. benedixi que ei. & erit benedictus. Auditis esau sermonibus patris irruit clamore magno et consternatus ait. Benedicetiam michi pater meus. Qui ait. Uenit germanus tuus fraudulenter. & accepit benedictionem tuam. At ille subiunxit. Iuste uocatum est nomen eius iacob. **S**upplantauit enim me in altera uice. Primogenita mea ante tulit. et nunc secundo subripuit benedictionem meam. Rursumque ad patrem. Nunquid non reseruasti ait. & michi benedictionem. Respondit

Isaac. Dominum tuum illum constitui. et omnes fratres eius seruituti illius subiugauit. frumento et uino stabiliu eum. et tibi post hec fili mi ultra quid faciam. Cui esau ait. Num unam inquit tantam benedictionem habes. pater. michi quoque obsecro ut benedicas. Cumque euulatu magno fletu. motus ysaac dixit ad eum. In pinguedine terre & in rore celi desuper. erit benedictio tua. **DOMINICA**
MCCCESIMA. LEE EP BEA. PAU.
APL AD HEBESES.

Patres. **E**stote imitatores dei sicut filii karissimi. & ambulare in dilectione sicut & christus dilexit nos. et tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. fornicatio autem et omnis immundicia. aut auaricia. nec nomine in uobis sicut dicit sanctos. Aut turpido. aut scurrilum. aut scurrilitas que ad rem non pertinet sed magis gratiarum actio. Hoc autem scitote intelligetis. quod omnis fornicator. aut immundus. aut auarus. quod est ydolorum seruus. Non habet hereditatem in regno christi & dei. Nemo uos seducat in uerbis ue-

bit. Propter hec enim uenit ira dei in filios diffidentie. Nolite ergo effici participes eorum. Erat enim aliquando tenebre. nūc autem lux in domino. ut filii lucis ambulare. fructus enim lucis est. in omni bonitate & iusticia & ueritate. *feria secūda.*

1^o lēc 1^o regum.

Idiebus illis **N**emā prin-
ceps milicie regis syrie. Erat enī
uir magnus apud dñm suum.
& honoratus. Per illum enim.
dedit dominus salutem syrie.
Erat enim uir fortis & dures.
sed leprosus. Porro de syria egre-
si fuerant latrones & capti-
uam duxerant de terra israhel
puellam paruulam que erat
in obsequio uxoris neman. Que
ait ad dominam suam. Vt nāc
fuit dominus meus ad pphē-
tam qui est in samaria. profec-
to euasit eum alepra quam
habet. Ingressus est itaque
neman ad dominum suum.
& nunciauit ei dicens. Sic &
sic locuta est puella de terra
israhel. Dixit que ei rex syrie
vade. & mitto litteras ad re-
gem israhel. Qui cum profec-
tus esset. & tulisset secundum

decem talenta argenti & sex mi-
lia aureos & decem mutatoria
uestimentorum. detulit litteras
ad regem israhel hec uerba. Cum
acceperis epistolam hanc. scito
quod miserim ad te neman
seruum meum. ut cures eum
alepra sua. Cumq; legisset rex
israhel litteras. scidit uestimē-
ta sua & ait. Nunquid deus
suum ut occidere possim & ui-
uificare. quia iste misit ad
me ut cures hominem alepra
sua. Summa uertit. quod oc-
casionel querat aduersum me.
Quod cum audisset helyse-
us uir dei scidisse uidelicet re-
gem israhel uestimenta sua.
misit ad eū dicens. Cur scidisti ue-
stimēta tua. ueniat ad me & sciat.
pphā & isrl. veni g neman & eqs &
curib & stetit ad hostium do-
mus helysei. Misit que ad eū
helyseus nuncios dicens. Va-
de & lauare septies in ior-
dane. & recipiet sanitem ca-
ro tua. at que mundaberis.
Iratul neman. recedebat di-
cens. putabam quod egrede-
retur ad me. & stans in uoca-
ret nomen domini dei sui
& tangeret manu sua locum

lepre & curaret me. Nunquid
non meliores sunt abana &
pbaphar fluiui damasci om
nibus aquis israhel ut lauet
meis et munder. Cum ergo se
uertisset & abiret indignan
accesserunt ad eum serui sui
& locuti sunt ei. Pater & si te
grandem dixisset tibi prophe
ta certe facere debueras. qua
to magis quia nunc dixit ti
bi lauare & mundaberis. De
cendit & lauit in iordane sep
ties iuxta sermonem uiri dei
& restituta est caro eius sicut
caro pueri parvuli. & munda
tus est lepra. Reuersus que
ad uirum dei cum uniuerso
comitatu suo: uenit & stetit
coram eo. & ait. Vere scio quod
non sit alius deus in uniuersa
terra nisi tantum dominus
deus israhel. *feria. tertia.*

Leō libri regum.

In diebus illis. **M**ulier que
dam clamabat ad helyseum
prophetam dicens. Seruus
tuus uir meus mortuus est.
& tu nosti quia seruus tuus
fuit timens deum. Et ecce
creditor uenit: ut tollat du
os filios meos ad seruiendum

tibi. Qui helyseus dixit. Quid
uis ut faciam tibi. Dicit michi quod
habet in domo tua. Ad illa respo
dit. Non habeo ancilla tua que
quam in domo mea nisi paruum
olei quo ungar. Cui ait. Vade &
pete mutuo ab omnibus uicini
tuis uasa uacua non pauca. &
ingredere et claude ostium cum
intra secus fueris tu & filii tui.
& mitte inde in omnia uasa he.
& cum plena fuerint tolle. Iuit
itaque mulier: & clausit osti
um super se & super filios suos.
Illi offerebant uasa & illa infu
debat. Cumque plena fuissent
uasa: dixit ad filium suum.
Fister michi ad huc uas: & ille
respondit. Hō habeo. Stetit que
oleum. Venit autem illa: & in
dicauit homini dei. Et ille. Va
de inquit uende oleum: & red
de inquit tuo. Tu autem & fi
lii tui uiuite de reliquo. *feria. iiii.*

Leō libri exodi.

Hec dicit dominus deus. Ho
nora patrem tuum & ma
trem tuam: ut sis longeuus su
per terram quam dominus de
us dabit tibi. Non occides:
non mechaberis. non furtum
facies. non loqueris contra

proximum tuum falsum testimonium
 um; non concupisces domum proximi
 tui; nec desiderabis uxorem eius.
 non seruum non ancillam non bouem
 non asinum nec omnia quae illi sunt. Cuncti
 autem populus uidebat uoces et
 lampades et sonitum buccinae more
 que fumantem. Et perterriti ac
 pauore concussi steterunt pro
 cul dicentes moysi. Loquere tu
 nobis; et audiemus te. Holoquar
 nobis dominus; ne forte moriamur. Et
 ait moyses ad populum. Nolite time
 re. Ut enim probaret uos uenit deus.
 et ut terram illius esset in uobis
 ne peccaretis. Stetit que popu
 lus de longe. moyses autem ac
 cessit ad caliginem in qua erat
 deus. Dixitque praeter ea dominus
 ad moysen. Hec dices filiis isra
 hel. Vos uidistis quod de celo lo
 cutus sum uobis. Non facietis de
 os argenteos; nec deos aureos
 facietis uobis. Altare de terra fa
 cietis michi; et offeretis super
 eo holocausta et pacifica uestra.
 Quae uestrae et boues; in omni
 in loco in quo memoria fuerit
 nominis mei. *Exi.*

Leu. Libri regum.
Ad diebus illis. Venit mulier
 sumanitis ad heliseum in mon

tem et adprehendit pedes eius.
 Et accessit ieremias ut amoueret
 eam; et ait homo dei. Dimitte
 eam; anima eius in amaritudine
 domine est et dominus celauit a me; et
 non indicauit michi. Que
 dixit illi. Nunquid perui si
 lium ad domino meo? Numquid
 non dixi tibi ne in ludas me?
 Et ille ait ad ieremias. Accinge ligu
 bos tuos; et tolle baculum me
 um in manu tua et uade. Si
 occurrerit tibi homo non salu
 tes eum; et si salutauerit te
 quispiam; non respondeas illi
 et pone baculum super faci
 em pueri. Porro mater pue
 ri ait. Viuit dominus et ui
 uit anima tua; non dimittam
 te. Surrexit ergo; et secutus
 est eam. Jeremias autem; precesse
 rat ante eos; et posuerat ba
 culum super faciem pueri;
 et non erat uox; neque sensus.
Reuersus que in occursum
 eius; et nunciauit ei dicens.
Non surrexit puer. Ingressus
 est autem heliseus domum;
 et ecce puer mortuus iacebat
 in lectulo eius. Ingressus que
 clausit ostium super se et
 super puerum; et orauit ad

dominum & ascendit & in-
cubuit super puerum. Posuit
os suum super os eius. et o-
culos suos super oculos eius. &
manus suas super manus ei-
us. & incuruauit se super eum
et calefacta est caro pueri. Et
ille reuersus. deambulauit
semel huc & illuc. et ascendit
& incuruauit se super eum. & o-
sculauit puer septies super oculos
suos. Et ille uocauit ie-
zet & dixit ei. uoca sunamiten
hanc. Que uocata. ingres-
sa est ad eum. Qui ait
Tolle filium tuum. Venit
illa et incuruauit se ad pe-
des eius. et orauit super ter-
ram. Tulit que filium su-
um et egressa est. helyse-
us autem reuersus est in
galgala.

Septima sexta.

lectio libri numeri.

In diebus illis. Conuenie-
runt filii israhel ad moysen
& aaron. & uersi sunt in sedi-
tionem dixerunt. Da nobis
aquam ut bibamus. Ingres-
sus que moyses et aaron di-
missa multitudine taber-
naculum federis corruerit

promi in terram. & lamauerunt
que ad dominum atque dixe-
runt. Domine deus exaudi
clamorem populi huius. et
aperies thesaurum tuum fontem
aque uive ut satiam cesset mur-
muratio eorum. Et apparuit
gloria domini super eos. Locu-
tus que est dominus ad moysen
dicens. Tolle uirgam et con-
grega populum tuum & aaron
frater tuus. et loquimini ad petram
coram eis. & illa dabit aquas.
Cumque eduxerit aquam de
petra. bibet omnis multitudo
et iumenta eius. Tulit igitur
moyses uirgam que erat in co-
spectu domini sicut preceperat ei.
Congregata multitudine an-
te petram dixitque eis. Audi-
te rebelles et increduli. Num
de petra hac uobis aquam de-
poterimus eicere. Cumque ele-
uasset moyses manum percu-
tiens uirga bis petram. egres-
se sunt aque largissime ita
ut biberet populus et iumen-
ta. Dixit que dominus ad moysen
et aaron. Quia non credistis
mihi ut sanctificaretis me co-
ram filiis israhel. non intro-
ducat israhel in terram

quam dabo eis. **H**ec est aqua
contradictionis ubi iurgati sunt
filii israel contra dominum. &
sanctificatus est in eis. **Sabbato.**

Loc. 230 **Daniel prophete.**
Hdiebus illis. **E**rat uir in
babilone. et nomen eius ioachi.
Et accepit uxorem nomine
susannam filiam helchie. pul
ciam nimis et timentem domi
num. Parentes enim illius cum
essent iusti. erudierunt filiam
suam secundum legem moysi.
Erat autem ioachim diues
ualde. et erat ei pomerium
uicinum domui sue. et ad
ipsum confluebant iudei. eo
quod esset honorabilior om
nium. **E**t constituti sunt duo
senes iudices manno illo. De
quibus locutus est dominus. **Q**uia
egressa est iniquitas de ba
bilone a senioribus iudicibus.
qui uidebantur regere popu
lum. **I**sti frequentabant do
mum ioachim. et ueniebant
ad eos omnes qui habebant
iudicia. **C**um autem popu
lus reuertisset per meridiem.
ingrediebatur susanna et
deambulabat in pomerio
uiri sui. **E**t uidebant eam

17
senes cotidie ingredientem et de
ambulantem. et exarserunt in
concupiscentia eius. **E**t uerte
runt sensum suum. et decli
nauerunt oculos suos ut non
uiderent celum. neque recor
darentur iudiciorum iusto
rum. factum est autem cum
obseruarent diem apertum.
quando eam possent inueni
re solam. **I**ngressa est aliqua
do sicut heri et nudius tertius
cum duabus solis puellis. uo
luit que lauari in pomerio.
Estus quippe erat. **E**t non e
rat ibiquisquam. preter du
os senes absconditos. **D**ixit
ergo puellis. **A**fferite michi
oleum et smigmata. et ostia
pomerii claudite. **C**um au
tem egressae essent puellae. sur
rexerunt duo senes et adcur
rerunt ad eam. et dixerunt.
Ecce ostia pomerii clausa
sunt. et nemo nos uidet.
quam obrem. ad sentire no
bis. & commiscere nobiscum.
Quod si nolueris. dicemus
testimonium contra te quod
fuerit tecum uiuens et ob
hanc causam emisisti puell
las a te. **I**ngemuit susanna

et ait. Angustie michi sunt
undique. Si enim hoc egero:
mors michi est. Si autem non
egero: non effugiam manus ue-
stras. Sed melius est michi
absque opere incidere manus
uestras: quam peccare in con-
spectu domini. Et exclamma-
uit uoce magna susanna. Ex-
clamauerunt autem et senes
aduersus eam. Cum autem
audissent clamorem in pome-
rio famuli domus irruerunt
per posticum ut uiderent quid
nam esset. Postquam autem
locuti sunt senes: erubuerunt
serui uehementer: quia nu-
quam dictus fuerat sermo hu-
iuscemodi de susanna. Et
facta est dies crastina. Cum
que uenisset populus ad ui-
rum eius ioachim: uenerunt
et duo presbiteri pleni ini-
qua cogitatione aduersum
susannam: ut interficerent
eam. Et dixerunt coram po-
pulo. Mittite ad susannam
filiam helchie uxorem ioa-
chim. Et statim miserunt.
Et uenit cum parentibus &
filiis: et uniuersis cognatis
suis. Habebant igitur sui: &

omnes qui nouerant eam. Non
surgentes igitur duo presbiteri
in medio populi: posuerunt ma-
nus super caput eius. que stans:
suscepit ad celum. Erat enim
cor eius fiduciam habens in do-
mino. Et dixerunt presbiteri
Cum deambularem in pome-
rio soli: ingressa est hec cum
duabus puellis: et clausit
ostia pomerii et dimisit pu-
ellas. uenitque ad eam ad-
olescent qui erat absconditus:
et concubuit cum ea. Porro
nos cum essemus in angulo
pomerii: uidentes iniquita-
tem currimus ad eos: & ui-
dimus eos pariter commisce-
ri. Et illum quidem non qui-
uimus apprehendere: quia for-
tior nobis erat: et aperto ostio:
exiit. Hanc autem cum ap-
prehendissemus: interroga-
uimus quis nam esset adole-
scens: et noluit indicare nobis.
Huius rei testes sumus. Cre-
didit eis multitudo quasi
senibus populi et iudicibus:
et condempnauerunt eam
ad mortem. Exclamauit au-
tem uoce magna susanna &
dixit. Deus eterne qui abscon-

ditorum et cognitor: quinos
 ti omnia ante quam fiant. Tu
 fas qm̄ fallum contra me
 tulerunt testimonium. Et ecce
 moroz cum nichil horum fece
 rim: que isti maliciose compo
 fuerunt aduersum me. **E**x
 audiuit autem dominus uocē
 eius. Cumque duceretur ad
 mortem: suscitauit dñs spm̄
 scm̄ pueri iunioris: cuius no
 men daniel. Et exclamauit
 uocē magna. Mundus ego sū
 a sanguine huius. Et conuersus
 omnis populus ad eum dixit.
 Quis est sermo isto quem tulo
 cutus es. Qui cum staret in me
 dio eorum ait. Sic fati filii
 israhel: non iudicantes: neque
 quod uerum est cognoscentes:
 condempnastis filiam israhel.
 Reuertimini ad iudicium: quia
 falsum testimonium locuti sum
 aduersus eam. Reuersus est er
 go populus cum festinatione:
 et dixit ad eos daniel. Separa
 te eos ab inuicem procul: et di
 iudicabo eos. Cum ergo diuisi
 essent alter ab altero: uocauit
 unum de eis et dixit ad eum.
 In ueterate dierum malorum:
 nunc uenerunt peccata tua:

que operabaris prius iudicans
 iudicia iniusta: innocentes op
 primens et dimittens noxios. Dice
 te domino: Innocentem et iustum:
 non interficies. Nunc ergo si ui
 disti eam: die sub qua arbore ui
 deris eos conloquentes sibi. Qui
 ait. Sub cino. Dixit autem dani
 el. Recte mentatus es in caput
 tuum. Et ecce enī angelus
 dei: accepta sententia ab eo: san
 cter te medium. Et amoto eo:
 iussit uenire alium: et dixit ei.
 Semen canaan et non uida:
 speret te et concupiscen
 tia subuertit cor tuum: sic faci
 ebatis filiabus israhel: et ille ti
 mentes loquebantur uobis. Sed
 non filia uida sustinuit iniqui
 tatem uestram. Nunc ergo:
 die michi sub qua arbore con
 prehendens eos loquentes sibi.
 Qui ait. sub pino. Dixit autē
 eis daniel. Recte mentatus es
 tu in caput tuum. Manet enī
 angelus di gladium habens:
 ut secet te medium et interfi
 ciat uos. Exclamauit itaque
 omnis ceterus uocē magna: et
 benedixerunt deo: qui saluat
 sperantes in se. Et consurrexe
 runt aduersum duos presbite

ros. Conuertat enim eos daniel
exore suo: falsum dixisse testimo
nium. fecerunt que eis sicuti ma
le egerant aduersum primum:
et interfecerunt eos. Et saluatus
est sanguis innocuus: in die illa.

Dominica in xx. ma. Lect. ep.

*Frater. beati pauli aposto
scriptum li ad galathas.*

Scriptum est quoniam abraham du
os filios habuit: unum de
ancilla: et unum de libera. Sed
qui de ancilla: secundum car
nem natus est. Qui autem de
libera: perreptionem que
sunt per allegoriam dicta. Hec
enim sunt duo testamenta. Vnu
quidem a monte syna inser
uitatem generans que est a
gar. Syna enim mons est in a
rabia: qui conuinctus est ei.
que nunc est hierusalem. et
seruio cum filiis suis. Illa au
tem que sursum est hierusalem
libera est: que est mater nos
tra. Scriptum est enim. Terra
sterilis que non parit: eru
pe et clama que non parturit.
Quia multi filii deserte ma
gis quam eius que habet iu
rum. Nos autem fratres se
cundum ysaac promissionis

filii sumus. Sed quomodo tunc
qui secundum carnem natus fue
rat persequeretur eum qui secu
dum spiritum. Ita et nunc. Sed
quid dicit scriptura. Vice ancil
lam: et filium eius. Non enim
heres erit filius ancille: cum filio
libere. Itaque fratres: non sumus
ancille filii sed libere. Qua liber
tate: xps nos liberauit. *feria se
cunda. Lectio libri regum. au*

In diebus illis. Venerunt due
mulieres meretrices ad regem
salamonem: steterunt que co
ram eo. Quarum una ait. Obse
cro mi domine. Ego et mulier
hec habitauimus in domo una:
et peperit apud eam in cubicu
lo. Tertia uero die post quam
ego peperit: peperit & hec. Et
eram usque sursum: nullusque alius
in domo nobiscum: exceptis no
bis duabus. Mortuus est enim
filius mulieris huius nocte: dor
mientis quippe oppressit eum.
Et confurgens in tempesta nocte
silencio: tulit filium meum de
latere meo ancille tue dormi
entis: et conlocavit in sinu suo.
Suum autem filium qui erat
mortuus: posuit in sinu meo.
Cumque surrexissim mane ut

darem lac filio meo: apparuit
 mortuus. Quem diligentius
 intuent clara luce: deprehendi
 non esse meum quem genueram.
 Respondit que altera mulier:
 non est ita sed filius tuus
 mortuus est: meus autem uiuit.
Econtrario illa dicebat. Men-
 taris, filius quippe meus uiuit,
 et filius tuus mortuus est. At
 que in hunc modum: contenden-
 debant coram rege. **T**unc
 rex ait. **H**ec dicit filius meus
 uiuit et filius tuus mortuus
 est. et ista respondet. non: sed
 filius tuus mortuus est & fili-
 us meus uiuit. **D**ixit ergo rex
 Afferte michi gladium. **C**umque ac-
 tulisset gladium coram rege ait.
 Diuidite inquit infantem uiuum
 iduas partes & date dimidia
 partem uni & dimidia partem alteri.
Dixit autem mulier: cuius
 filius erat uiuus ad regem.
 Commota sunt quippe uiscera
 eius super filio suo. **O**bse-
 cro domine: date illi infantem
 uiuum: et nolite interficere eum.
Econtrario illa dicebat. **H**ec
 michi nec tibi sit: sed diuidat.
Respondit rex et ait. **D**ate hu-
 ic infantem uiuum: et non

occidatur: hec est enim mater
 eius. **A**uduit itaque omnis is-
 rael iudicium quod iudicasset
 rex: & timuerunt regem. uide-
 ret sapientiam dei esse in eo: ad
 faciendum iudicium. **Ex. iii.**
Lectio libri exodi. ccccxxxviii.
In diebus illis **D**icitur est
 dominus ad moysen dicens. **D**escende
 de monte: quia peccauit popu-
 lus tuus quem eduxisti de terra
 egypti. **R**ecesserunt cito de uia:
 quam ostendisti eis: fecerunt
 que sibi uitulum conflatilem:
 et adorauerunt atque immo-
 lantes ei hostias dixerunt. **I**sti
 sunt dei tui israel: qui te
 eduxerunt de terra egypti. **R**ur-
 sumque ait dominus ad mo-
 ysen. **C**erno quod populus
 iste dure ceruicis sit. **D**imitte
 me ut irascatur furor meus
 contra eos: et deleam eos: faci-
 am que te ingentem magna.
Moyses autem: orabat dominum
 deum suum dicens. **C**ur do-
 mine irascatur furor tuus con-
 tra populum tuum quem e-
 duxisti de terra egypti: in fortitu-
 dine magna: et in manu rob-
 ta. **N**e queso dicat egypti callide
 eduxit eos: ut interficeret in

montibus: et deleat de terra
Qui escat uacua: et esto pla-
cabilis super nequicia popu-
li tui. Recordare abraham
et isaac & israhel seruatorum
tuorum: quibus iurasti per
temetipsum dicens. Multi-
plicabo semen uestrum sicut
stellas celi: et uniuersam ter-
ram hanc de qua locutus su-
o dabo semini uestro et posside-
bitis eam semper. **Placatus**
que est dominus ne faceret
malum quod locutus fuerat.

Et misertus est populo suo:
dominus deus noster. **Fer. iiii.**

Lectio ezechiel prophete.

Sec dicit dñs deus. **S**anc-
tificabo nomen meum
magnum: ut sciant gentes
quia ego dominus cum sanc-
tificatus fuero in uobis corā
eis. Tollam quippe uos de ge-
tibus: et congregabo de uni-
uersis terris. Et adducam
uos in terram uestram et ef-
fundam super uos aquam
mundam: et mundabimi-
n ab omnibus iniquitate
tis uestris: & ab uniuersis
idolis uestris mandabo uos
Et dabo uobis cor nouum:

et spm nouum ponam in medio
uestri. Et auferam cor lapide-
um de carne uestra: et dabo uo-
bis cor carneum: et spm meū
ponam in medio uestri. Et fa-
ciam ut in preceptis meis am-
buletis ambuletis: et iudicia
mea custodiantis: et operemini.
et habitabitis in terra quam
dedi patribus uestris. Et eri-
tis michi in populum: et ego
ero uobis in deum. Dicit do-
minus omnipotens. **ccccccc**

Lectio ysaię prophete. cccccc

Hec dicit dominus deus. **L**a-
uamini mundi estote: au-
ferete malum cogitationum ue-
strarum ab oculis meis. Quies-
cite agere peruersa: discite
benefacere: querite iudicium:
subuenite oppresso: iudicate
pupillo: defendite uidua:
et uenite: et arguite me di-
cit dominus. Si fuerint
peccata uestra ut coccinū:
quasi nix de albabuntur:
Et si fuerint rubra quasi
uermentis: ut lana alba
erunt. Si uolueritis et
audieritis: bona terre co-
medetis: dicit dominus om-
nipotens. **Feria quinta.**

Lectio hieremie prophete.

In diebus illis. **F**actum est uerbum domini ad me dicens. Sta in porta domus dei et predica ibi uerbum istud et dicit. Audite uerbum domini omnis iuda qui ingredimini portas ut adoretis dominum. Hec dicit dominus exercituum deus israhel. Bonas facite uias uestras. et studia uestra. et habitabo uobiscum in loco isto. Nolite confidere in uerbis mendacii dicentes. Templum domini templum domini templum domini est. Quoniam si benedixeritis uias uestras et studia uestra. si feceritis iudicium inter uirum et proximum eius. ad uenire et puillo et uidue non feceritis calumpniam nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc. et post deos alienos non ambulaueritis in malum uobis met ipsis. habitabo uobiscum in loco isto in terra quam dedi patribus uestris. a seculo usque in seculum. Dicit dominus omnipotens.

feria sexta.

Lectio libri regum.

In diebus illis. **E**grotauit filius mulieris matris familie.

Et erat languor fortissimus ita ut non remaneret in eo aliquid. Dixit ergo ad helyam. Quid michi et tibi uir dei. Ingressus est ad me ut rememoraretur iniquitates mee et interficeres filium meum. Et ait ad eam helyas. Da michi filium tuum. Tulitque eum desum illius et portauit in cenaculum ubi ipse manebat. et posuit super lectum suum et clamauit ad dominum et dixit. Domine deus meus. et iam ne uiduam apud quam ego ut cumque sustentor adstiteris ut interficeres filium eius. Et expandit se atque mensus est super puerum tribus uicibus. clamauit que ad dominum et ait. Domine deus meus. reuertatur oro anima pueri huius in viscera eius. Et exaudiuit dominus uocem helye. et reuersa est anima pueri intra eum et reuixit. Tulitque helyas puerum. et deposuit eum in cenaculo in inferiorem domum et tradidit matri sue. et ait illi. In filius tuus uiuit. Dixit que mulier ad helyam. Nunc in isto cognoui que

Imman uir di es tu: et uerbum
domini: more tuo uerum est
Feria vii. Lec̄ ysaiē p̄ph̄e
Dec̄ dicit dominus. In
tempore plac̄to exaudi
ui te: et in die salutis auxilia
tus sum tui. Et seruaui te et
dedi te in fectus populi ut
suscitares terram: et posside
res hereditates dissipatas.
Ut diceret̄ his qui iuncti sunt
exite: et his qui in tenebris re
uelamini. Super uias pasce
tur: et in omnibus planis pas
cua eorum. Non esurient
neque sicient: et non percuci
et eos estus et sol: quia mise
rator eorum reges eos: et ad fo
tes aquarum potabit eos. Et
ponam omnes montes meos
in uia: et semite mee exaltabū
tur. Ecce isti de longe ueniunt:
et ecce illi ab aquilone et ma
ri: et isti de terra australi. Lau
date celi et exulta terra: in
bilate montes laudem: quia
consolatus est dominus popu
lum suum: et pauperum su
orum miserebitur: et ch̄rit
syon. Dereliquit me dominus:
& dominus: oblitus est mei.
Numquid obliuisci potest:

mulier infantem suum: ut n̄
miseratur filio uteri sui. Et
si illa oblita fuerit: ego tamen
non obliuiscar̄ tui. Dicit do
minus omnipotens. *ccccccccc*
Lectio ysaiē p̄ph̄e. cccccc
Dec̄ dicit dominus deus. Om
nes sicientes uenite ad
aquas: et qui non habetis
argentum: properate emite
et comedite. Venite emite abs
que argento: & absque ulla
commutatione uinum et
lac. Quare appenditis argē
tum non in panibus: et la
borem uestrum non in satu
ritate: audite audientes me
et comedite bonum: et de
lectabitur in crassitudine a
nima uestra. Inclinate autē
uestram et uenite ad me: au
dite et uiuit anima uestra.
Et feriam uobiscum pactū
sempiternum: misericordia
dauid fidelis. Ecce testem po
pulis dedi eum: ducem ac p̄
ceptorē gentibus. ecce gentē
quam nesciebas uocabis: et
gentes que non cognouerūt
te ad te current: propter do
minum deum tuum et sanc
tum israhel quia glorifica

uit te. **Q**uerite dominum dum inueniri potest: inuocate eum dum prope est. **D**etelinquit impius uiam suam: et uir iniquus cogitationes suas. & reuertatur ad dominum et miserabitur eius: et ad dominum deum nostrum quoniam multus est ad ignoscendum. **N**on enim cogitationes mee cogitationes uestre: neque uiae uestrae uiae mee dicit dominus. **Q**uia sicut exaltantur celi a terra: sic exaltate sunt uiae mee a uis uestris: et cogitationes mee a cogitationibus uestris. **E**t quomodo descendit ymber et nix de celo et illic ultra non reuertitur: sed inebriat terram et infundit illam et germinare eam facit et dat semen serenti et panem comedenti. **S**ic erit uerbum meum quod egredietur de ore meo. **D**icit dominus omnipotens. **Do**
v. in quadagesima. Lectio epistole beati pauli apostoli ad hebreos.
Frateres **X**ps assistens potest futurorum bonorum per amplius

perfectum tabernaculum non manu factum: id est non humani creationis. **N**eque per sanguinem hyrcorum aut uiculorum: sed per proprium sanguinem introiit semel in sancta eterna redemptione inuenta. **S**i enim sanguis hyrcorum aut taurorum et ceteris uiculis aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis xpi: qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo emundat conscientiam nostram ab operibus mortuis: ad seruandum deo uiuenti. **E**t ideo noui testamenti mediator est: ut morte intercedente in redemptione earum preuentionum que erant sub priori testamento: remissionem accipiant qui uocati sunt eterne hereditatis. **I**n xpo ihu: domino nostro. **feria. ii.**
Lectio ione prophete.
Indiebus illis. **F**actum est uerbum domini ad ionam prophetam secundo dicens. **S**urge et uade ad ninium cui



tatem magnam: et predica
mea predicationem quam ego
loquor ad te. Et surrexit iona
et abiit in niniveu iuxta uer
bum dñi. Et ninive erat ci
uitas magna. itinere dierum
trium. Et cepit iona introi
re in ciuitatem itinere diei
unius: clamauit et dixit. Ad
huc quadraginta dies: et ni
nive subuertetur. Et credi
derunt uiri ninuite in do
mino: et predicauerunt ie
iunium: et uestiti sunt sacci
a maiore usque ad minorem.
Et peruenit uerbum ad re
gem ninive. et surrexit de
solio suo et abiicit uestimē
tum suum a se: et inducus
est sacco. et sedit i cinere & cla
mauit & dixit. In ninive ex
ore regis et principum eius
dicens. Homines et iumen
ta et boues et pecora non gu
tent quicquam nec pascan
tur: et aquam non bibant.
Et operiantur saccis ho
mines: et iumenta clament
ad deum in fortitudine: et con
uertatur uir a uia sua ma
la: et ab iniquitate que est
in manibus eorum. Quis

scit si conuertatur et ignos
cat deus: et reuertatur a furo
re ire sue et non peribimus.
Et uidit deus opera eorum qui
a conuersi sunt de uia sua ma
la: et misertus est populo suo:
dominus deus noster. **cccc**
feria tertia. ccccccccccccc
Lectio daniel prophete. ccc
Adiebus illis. Congrega
ti sunt babiloni ad regem.
et dixerunt ei. Trade nobis
Danielem qui bel destruxit a
dracone infecto alioquin in
fiam te & domum tuam. Vi
dit ergo rex quod irruerent
meum uehementer: et neces
sitate compulsus tradidit ei
Danielem. Qui miserunt eum
in lacum leonum: et erat ibi
sex diebus. Porro in lacu e
rant leones septem: et da
bantur eis cotidie duo cor
pora et due oues. Et tunc
non date sunt eis: ut deuo
rarent danielem. Erat au
tem abacuc ppheta in iudea:
et ipse coxerat pulmentum
et in truerat panes in alue
olo: et ibat incampum ut
ferret messoribus suis. Dixit
angelus domini ad abacuc

Daniel
12

ter prandium quod habes in
 babilonem danieli. qui est in
 lacu leonum. Et dixit abacuc
 Domine. babilonem non uidi
 et lacum nescio. Et apprehen-
 dit eum angelus domini in uer-
 tice eius. et portauit eum ca-
 pillo capitis sui. posuit que
 eum in babilone super lacum
 in impetu spiritus sui. Et cla-
 mauit abacuc dicens. Dani-
 el serue dei. Tolle prandium
 quod misit tibi deus. Et ait
 daniel. Recordatus enim es
 mei domine deus meus. et
 non dereliquisti diligentes te.
 Surgens que daniel come-
 dit. Porro angelus dei resti-
 tuit abacuc confestim in
 loco suo. Venit ergo rex die
 septimo ut iugeret danielē.
 et uenit ad lacum et intro-
 spexit et ecce daniel sedens
 in medio leonum. Exclama-
 uit ergo rex uoce magna di-
 cens. Magnus es domine
 deus danielis. et extraxit eum
 de lacu. Illos autem qui per-
 ditionis eius causa fuerant.
 intro misit in lacum. Et de-
 uorati sunt in momento co-
 ram eo. Tunc ait rex. Pa-

ueant habitantes in uniuersa
 terra deum danielis. quia
 ipse est liberator et saluator. fa-
 ciens signa et mirabilia in ce-
 lo et in terra. qui liberauit da-
 niēlem. de lacu leonum.

Feria quarta.

Lectio libri leuitici.

Diebus illis. Locutus est
 dominus ad moysen dicens
 Ego dominus deus uester.
 Non furtum faciens. non me-
 temini. nec decipiet unusquisque
 proximum suum. Non
 perurabis in nomine meo.
 nec pollues nomen dei tui.
 ego dominus. Non facies
 calūpniam proximo tuo.
 nec ui opprimes eum. Non
 morabitur opus mercena-
 ri tui apud te usque ma-
 ne. non maledices surdo.
 nec coram ceco ponēs offen-
 diculum. sed timebis domi-
 num deum tuum. quia ego
 sum dominus. Non facies
 quod iniquum est. nec ini-
 iuste iudicabis. nec confi-
 deris per personam pauperis.
 nec honores uultum poten-
 tis. Iuste iudica proximo tuo.
 Non eris criminator. et su-

furto in populis. Non stabis co-
tra sanguinem proximi tui. ego
dominus. Non oderis fratrem
tuum in corde tuo. sed publice
argue eum ne habeas super
illo peccatum. Non queres ul-
tionem. nec memor eris iniu-
rie civium tuorum. Dilige
amicum tuum sicut te ipsum
Ego dominus. Leges meas
custodite. Ego enim sum do-
minus deus uester. *fer. v.*

Leō daniel prophete.

Danielis 3
In diebus illis **O**rauit daniel
dominum dicens. Domine deus ne
despicias populum tuum.
neque auferas misericordiam
tuam a nobis. Propter ab-
raham dilectum tuum. et isa-
ac seruum tuum. et israhel
sanctum tuum. quibus locu-
tus es pollicens quod multi-
plicares semen eorum sicut
stellas celi. et sicut arenam
que est in litore maris.
Quia domine imminuti su-
mus plusquam omnes ge-
tes. sumus que humiles in
uniuersa terra hodie prop-
ter peccata nostra. Et non
est in tempore hoc princeps
et propheta et dux. neque

holocaustum. neque sacrificium.
neque oblatio. neque incensum.
neque locus primitiarum coram
te. ut possimus inuenire miseri-
cordiam. sed in anima contrita
et spiritu humilitatis suscipiamus.
sicut in holocausto arietum
et taurorum. et sicut in milibus
agnorum pinguium. sic fiat
sacrificium nostrum in conspe-
ctu tuo hodie ut placeat tibi.
quoniam non est confusio confidentibus
in te. Et nunc sequimur in to-
to corde et timemus te. et que-
rimus faciem tuam. Sed fac
nobiscum iuxta mansuetu-
dinem tuam. et secundum mi-
sericordiam misericordie tue. et
erue nos in immutabilibus tuis.
et da gloriam nomini tuo do-
mine. et confundantur om-
nes qui ostendunt seruis tu-
is mala. Confundantur in
omnipotentia. et robur eorum
conteratur. Et sciant quia
tu es deus solus. et gloriosus
super omnem terram. do-
mine deus noster. *fer. vi.*

Leō hieremie prophete.

In diebus illis **D**ixit hie-
remias. Domine omnes qui
te derelinquunt. confu-

Jeremie 11

dentur. Recordentes autem inter
 ra scribentur: quoniam de
 reliquerunt uenam aquarum
 uiuentium dominum. Sana
 me domine et sanabor: saluum
 me fac et saluus ero: quonia
 laus mea tu es. Ecce ipsi dicunt
 ad me ubi est uerbum domi
 ni ueniat: Et ego non sum tur
 batus te pastorem sequens: Et
 diem hominis non desidera
 ui. Tu scis. Quod egressum est
 de labiis meis: rectum in con
 spectu tuo fuit. Non sit michi
 tu formidinis spes mea tu in
 die afflictionis. Confundan
 tur qui persequuntur me:
 et non confundar ego. Pave
 ant illi: et non paueam ego.
 In duc super eos diem afflic
 tionis: et duplici contricione
 contere eos: domine deus no
 ster. **Sab ante palmas. o. o. o.**
LECTIO hieremie prophete:
 In diebus illis. **D**ixerunt im
 pii iudei ad ieremiam. Venite
 cogitemus contra iustum: co
 gitationes. Non enim peribit
 lex a sacerdote: neque consili
 um a sapiente: nec sermo a
 propheta. Venite et percucia
 mus eum in lingua: et non ad

tendamus ad uniuersos sermo
 nes eius. Attende domine ad
 me: et audi uoces aduersario
 rum meorum. Nunquid red
 ditur pro bono malum: qui
 a foderunt foueam anime
 mee. Recordare quod steteri
 in conspectu tuo ut loque
 rer pro eis bonum: et auer
 terem indignationem tuam
 ab eis. Propterea da filios eo
 rum infamem: et deduc eos in
 manus gladii. Fiant uxores
 eorum absque liberis: et
 uidue. et uiri earum inter
 ficiantur morte. Iuuenes eo
 rum confodiantur gladio
 in prelio: audiatur clamor
 de domibus eorum. Ad du
 ces enim super eos latronem
 repente: quia foderunt fo
 ueam ut caperent me: et la
 queos absconderunt pedibus
 meis. Tu autem domine scis
 omne consilium eorum: ad u
 sum me in mortem. Ne pro
 piciaris iniquitati eorum: et
 peccatum eorum a facie tua
 non deleatur. Fiant corru
 entes in conspectu tuo: in te
 pore furoris tui: domine
 deus noster.

Jeremie 18

Domica in indulgentia. oooo
lecto epistole beati pauli a
postoli. ad philipenses. oooo

philip 2
Fratres. Hoc enim senti-
te inuobis: quod et in
xpo ihu. Qui cum in forma
dei esset: non rapina arbitra-
tus est esse se equalem deo.
Sed semet ipsum exinani-
uit formam serui accipiens.
In similitudinem hominum
factus et habitu inuentus ut
homo. humiliavit se ipsum
factus obediens usque ad mor-
tem. mortem autem crucis.
propter quod et deus exal-
tauit illum: et donauit il-
li nomen quod est super om-
ne nomen. Ut in nomine
ihu. omne genu flectatur
celestium terrestrium et in-
fernorum. Et omnis lin-
gua confiteatur: quia do-
minus noster ihu xps. in glo-
ria est dei patris. *fer. ii. co*

ysa. 66
lecto ysaię prophete. oooo
In diebus illis. Dixit ysaias
Dominus deus aperuit mi-
hi aurem: ego autem non
contradico: retrorsum no-
n abi. Corpus meum dedi p-
ccatentibus: et genas mea-

uellentibus: faciem meam non a-
uertit ab in crepantibus et con-
spuentibus in me. Dominus
deus auxiliator meus: ideo no-
sum confusus. Ideo posui faci-
em meam ut petram durissi-
mam: et scio quoniam non
confundar. Iuxta est qui ius-
tificat me: quis contradicit
michi. Stemus simul: quis
est aduersarius meus: acce-
dat ad me. Ecce dominus de-
us auxiliator meus: quis est
qui condempnet me. Ecce
omnes quasi uestimentum
conterentur: timea comedet
eos. Quis ex uobis timens do-
minum: audiet uocem ser-
ui sui. Quis ambulauit in
tenebris: et non est lumen
ei: & speret in nomine domi-

zacharie
lecto zacharie
prophete. oooo
Hec dicit deus. Si bonum
est in oculis uestris: afferte
mercedem meam: & si non
quiescite. Et appenderunt
mercedem meam triginta
argenteos: et dixit dominus
ad me. Proice illud ad sta-
tuarium decorum pretium.

quod ad preciam sum ab eis.
 Et tui triginta argenteos.
 et proieci illos in domo domi
 ni ad staturarium. Et precidi
 uirgam meam secundam que
 appellabatur fomiculus. ut di
 soluerem germanitatem in
 ter iudam et israhel. Et dixit
 dominus ad me. Ad huc
 sume tibi uasa pastoris stul
 ti quia ecce ego suscitabo
 pastorem in terra qui detelic
 ta non uisicabit. dispersum
 non queret contritum non
 sanabit. et id quod stat non
 emittet. et carnes pinguium
 comedet. et ungulas eorum dis
 soluet. O pastor et idolum de
 relinquentis gregem. gladius
 super brachium eius. et
 super oculum dextrum eius
 brachium eius ariditate sic
 cabitur. et oculus dexter
 eius tenebrescens obscura
 bitur. Omnis uerbi domini
 super israhel. Dixit domi
 nus et tendens celum et fi
 dans terram. et fingens spi
 ritum hominis in eo. Ecce
 ego ponam hierusalem su
 per limmare et apule om
 nibus populis in circuitu

Sed et iuda erit in obsidio
 ne contra hierusalem. Et erit
 in illa die ponam hierusalem
 lapidem oneris cunctis popu
 lis. Omnes qui leuabunt eam
 concisione lacerabuntur et col
 ligentur aduersus eam omnia
 regna terre. In die illa dicit
 dominus percutiam omnem
 equum in stuporem. et asce
 sozem eius in amentiam. Et
 super domum iuda aperiam
 oculos meos. et omnem equum
 populorum percutiam in ce
 citate. Et dicent duces iuda
 in corde suo. Confortentur
 michi habitatores hierusa
 lem. in domino exercitu
 um deo eorum. In die illa
 ponam duces iuda sicut ca
 minum ignis in lignis. et
 sicut faciem ignis in feno.
 Et deuorabunt ad dextram
 et ad sinistram omnes po
 pulos in circuitu. Et habita
 bitur rursus in loco suo in
 hierusalem. Et saluabit
 dominus tabernacula iu
 da sicut in principio. ut non
 magnifice gloriatur domus
 dauid. et gloria habitan
 cum hierusalem contra

Iudam. In die illo proteget
dominus habitatores hieru
salem. et erit qui offenderit ex
eis in die illa quasi dauid et
domus dauid quasi dei. sicut
angelus domini in conspectu
eius. Et erit in die illa. que
ram conterere omnes gentes
que ueniunt contra hierusa
lem. Et effundam super do
mum dauid et super habita
tores ierusalem. spiritum gratie
et precium. Et aspicient
ad me quem confixerunt.
et plangent eum planctu
quasi super unigenitum et
dolebant super eum ut do
leri solet in morte primo
geniti. In die illa magnus
erit plactus in hierusalem.
sicut plactus ad edrem
in campo magedon. Et
plangent terra familie se
orsum. familie domus da
uid seorsum. et mulieres
eorum seorsum. familie do
mus nathã. seorsum. et mu
lieres eorum seorsum. familie do
mus leui seorsum. et mu
lieres eorum seorsum. Fa
milie domus semer seor
sum. et mulieres eorum

seorsum. Omnes familie. re
lique. familie. et familie seor
sum. & mulieres eorum seorsum.
In die illa erit fons patens do
mus dauid et habitantibus
hierusalem. in ablutionem
peccatorum et menstruate. Et
erit in die illa dicit dominus
exercituum. disperdam nomi
na idolorum de terra et non no
minabuntur ultra. et prophe
tas et spiritum immundum auferam
de terra. Et erit cum prophe
tauerit quispiam ultra.
dicent ei pater eius et mater
eius qui genuerunt eum.
Non uiues. quia mendacium
locutus es in nomine domini.
Et configent eum pater eius
et mater eius. genitores eius
cum prophetauerit. Et
erit in die illa confundentur
prophete. unus quisque
exiustione sua cum prophe
tauerit. Nec operentur pal
lio sacco ut mentiantur.
sed dicet non sum propheta
ego sum homo agricola quoniam
adam exemplum meum.
ab adolescentia mea et di
cetur ei. Quid sunt plage
iste in medio manuum tu

arum. **L**et dicit his plagatus sum in domo eorum qui diligebant me. frumenta suscitare super pastorem meum. et super iurum coherentem michi dicit dominus exercituum. Percute pastorem. et dispergentur oues. et conuertam manum meam ad paruulos. et erunt in omni terra dicit dominus. partes due in ea disperdentur et deficient. Et tertia pars relinquetur mea. Et ducam tertiam partem per ignem. et iram eos sicut uritur argentum. et probabo eos sicut probatur aurum. Ipse inuocabit nomen meum. et ego exaudiam eum. Dicam populus meus es. et ipse dicit dominus deus noster.

Lectio hie-
*ria tertia. Lectio hie-
 remie pphete.*
In diebus illis. **D**ixit hieremias. Domine demonstraisti michi et cognouisti ostendisti michi studia eorum. Et ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad uictimam. et non cognoui quia cogitauerunt super me consilia dicentes. Vitamus lignum in panem eius. et eradamus eum de terra uiuentium et nomen eius non memoretur amplius.

Tu autem domine sabaoth qui iudicas iuste et pbas rene et corda. uideam ultionem ex eis. tibi enim reuelauit causam meam. domine ds meus.

Lectio hieremie prophete. cxxv.

In diebus illis. **D**ixerunt in pu iudei apud semet ipsos.

Venite circumueniamus iustum. quoniam inutilis est nobis et contrarius est operibus nostris. Et improperat nobis peccata legis. et diffamat in nos peccata discipline nre. Pro mittit se scientiam dei habere. et filium dei se nominat. Grauis est nobis et iam ad uidendum. quoniam dissimilis est alius uita illius et inuitate sunt inie eius. Tamquam nugaces estimati sumus ab illo. et abstinet se auris nostris. tamquam ab immundicis. Et prefert nouissima iustorum. et gloriatur patrem se deum habere. Videamus ergo sermones illius uerisunt. et temptemus que uentura sunt illi et sciemus que erunt nouissima illius. Si enim est uerus dei filius. suscipiet illum. & liberabit

Sap 2 9.

et omne

eum de manibus contrariorum
Contumelia et tormento in-
terrogemus illum ut sciamus
reuerentiam illius et probemus
patientiam eius. Vixit tur-
pissima condempnemus illi.
Erit enim respectus et sermo
nibus illius. hec cogitave-
runt et errauerunt. Et cecidit
enim illos malicia eorum.

Et nescierunt sacramenta
di: neque mercedem spera-
uerunt iusticie: nec iudicave-
runt honorem animarum

I suarum **feria quarta.**
Lea ysaie prophete.

Hec dicit dominus deus.
Dicite filie syon ecce
saluator tuus ueniet et mer-
ces eius cum eo. Quis est i-
te qui uenit de domo tincti
uestibus de bostra. Iste formo-
sus instola sua: gradient in
multitudine fortitudinis sue.
Ego qui loquor iusticiam:
et propugnator sum ad sal-
uandum. Quare ergo ru-
brum est indumentum tuum:
et uestimenta tua sicut cal-
cantium in torculari. Torcu-
lar calcavi solus: et degen-
tus non est uir mecum. Et

aspersus est sanguis eorum super
uestimenta mea: et omnia in-
dumenta mea coinquinavi. Cir-
cumspexi et non erat auxiliator:
questui et non fuit qui ad iuu-
ret: et saluauit michi brachium
meum. Miserationum domini
recordabor laudem domini super
omnia que reddidit nobis: do-
minus deus noster.

lectio ysaie prophete.

In diebus illis. Dixit ysaia.
domine quis credit auditum
nostro: et brachium domini cui
reuelatum est: & ascendit si-
cut uir guttum coram eo: &
sicut radix de terra siccanti.
Et non est species ei neque
decor: & uidimus eum et non
erat aspectus et desiderauimus
eum dispectum: et nouissimum
uirorum. Virum dolorum
et scientem infirmitatem: &
quasi absconditus uultus ei
et dispectus: unde nec reputa-
uimus eum. Vere languores
nostros ipse tulit: et do-
lores nostros ipse portauit.
Et nos putauimus eum qua-
si leprosum: et percussum a
deo et humiliatum. Ipse autem
uulneratus est propter in-

ysa. lxij. a

ysa. liij. a

quitates nostras: attritus est.
 propter scelera nostra. Disci-
 plina pacis nostrae super eum:
 & luore eius sanati sumus. Om-
 nes nos quasi oues errauimus:
 unusquisque in uia sua decli-
 nauit. Et dominus posuit in
 eo iniquitatem omnium nos-
 trum. Oblatus est quia ipse
 uoluit: et non aperuit os suum.
 Sicut ouis ad occisionem du-
 cetur: et quasi agnus coram
 tondente se obmutescet: et non
 aperiet os suum. De angustia
 et deridicio sublatus est gene-
 rationem eius quis enarrabit.
 Quia abscisus est de terra ui-
 uentium: propter scelus popu-
 li mei percussus eum: & dabit
 impios pro sepultura et diui-
 tem pro morte sua: eo quod
 iniquitatem non fecerit nec
 dolus fuerit more eius: et do-
 minus uoluit conterere eum in
 infirmitate. Si posuerit pro
 peccato animam suam: iude-
 bit semen longeuum et uolun-
 tas domini in manu eius di-
 rigetur. Pro eo quod tradidit
 in mortem animam suam:
 et cum sceleratis reputatus
 est. Et ipse se peccata multorum

tulit: & pro transgressoribus
 orauit ut non perirent: dicit
 dominus omnipotens. **Feria**
v. quando crisma conficitur
Let ep te pau ap ad corinthios.

Brattel **C**onuenientibus
 uobis in unum: iam non
 est dominicam cenam man-
 ducare. Unusquisque enim
 suam cenam presunt ad man-
 ducandum. Et alius quidem
 esurit: alius quidem ebrius
 est. Nunquid domos non
 habetis ad manducandum
 et bibendum: aut ecclesiam di-
 contempnit et confundit
 eos qui non habent. Quid
 dicam uobis: laudo uos in
 hoc non laudo. Ego enim
 accepi a domino quod et tradi-
 di uobis: quoniam dominus ihesus
 in qua nocte tradebatur ac-
 cepto panem: et gratias agens
 fregit et dixit. Hoc est cor-
 pus meum quod pro uobis
 tradetur: hoc facite in mea
 commemorationem. Si-
 militer et calicem postquam
 cenauit dicens. Hic calyx
 nouum testamentum est
nos autem seruos uestros per Iesum. Quoniam deus qui dixit de tenebris lumen splendescere: qui in luxu in cordibus nostris ad illuminationem scientie claritatis dei in facie Christi Iesu habemus autem thesaurum istum in uasis fictilibus: ut sublimitas sit uirtutis dei: & non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur: sed non angustiamur. Aporiamur: sed non destitutumur. Persecutionem patimur: sed non derelinquimur. Deicimur: sed non perimus. Semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes: & in uita Iesu in corporibus nostris manifestetur. *Udoon. xiii. post pentecostem. lectio epistolae beati pauli apostoli ad galatas.* **P**atres. Abrahe dicitur sunt promissiones: et semini eius. Non dicit & seminibus quasi in multis: sed quasi in uno. & semini tuo qui est Christus. hoc autem dico testamentum confirmatum a deo: que

post quadringentos & tri-
 ginta annos facta est lex.
 Non irritum facit ad eua-
 cuandam promissionem.
 Nam si ex lege hereditas
 iam non ex re promissione. Abra-
 he autem per promissionem
 donavit deus. Quid igitur
 lex? Propter transgressio-
 nem posita est donec veni-
 ret semen cui promiserat
 ordinata per angelos in
 manu mediatoris. Media-
 tor autem unus non est.
 deus autem unus est. Lex
 ergo adversus promissa
 dei absit. Si enim data es-
 set lex que posset vivifica-
 re vere ex lege esset iusti-
 cia. Sed conclusit scrip-
 tura omnia sub peccato.
 ut promissio ex fide ihu
 christi daretur credentibus.

*fer. iij. Lec ep bea pau
 apostoli ad corinthios*

Sciamus quo-
 nam si terrestris do-
 mus nostra huius habita-
 tionis dissolvatur quod
 edificationem ex deo habe-
 mus domum non manu-
 factam eternam in celis

Nam & in hoc ingemescimus
 habitationem nostram que
 de celo est super induci cupi-
 entes. si tamen uestiti non
 nudi inueniamur. Nam
 & qui sumus in hoc taber-
 naculo ingemescimus gra-
 uati eo quod volumus ex-
 poltari sed super uestiri ut
 absorbeat quod morta-
 le est auita. Qui autem ef-
 ficat nos in hoc ipse deus qui de-
 dit nos pignus spiritus
 Audientes igitur & scien-
 tes quoniam dum sumus
 in corpore peregrinamur
 ad domino. Per fidem enim
 ambulamus & non per
 speciem. Audemus autem
 & bonam uoluntatem
 habemus magis peregrini-
 nari a corpore & presen-
 tes esse ad dominum. Et
 ideo contendimus siue
 absentes siue presentes
 placere illi. Omnes enim
 nos manifestari oportet
 ante tribunal christi. Ut re-
 ferat unusquisque pro
 pria corporis. pro ut
 gessit. siue bonum siue
 malum. Scientes ergo

timorem domini: homi-
nibus suademus. deo au-
tem manifesta sumus.
Spero autem et in consci-
entis uestris manifestos
nos esse per ih̄m xp̄m. do-
minum nostrum. *Ev̄d.*

*xviii. post oct̄. pent̄. Lec̄ ep̄
beati pau. ap̄. ad galathas.*

Patres Spiritu am-
bulate. & desideria car-
nis non perficietis. Caro
enim concupiscit aduer-
sus spiritum: spiritus au-
tem aduersus carnem. Hec
enim sibi inuicem aduer-
santur: ut non quecumq;
uultis illa faciatis. Quod
si sp̄u ducimini non estis
sub lege. Manifesta autē
sunt opera carnis. Que
sunt. fornicatio: immundi-
cia: luxuria: idolorum
seruitus: ueneficia: Inimi-
cicie: contenciones. emula-
tiones. Ir̄e: rix̄e: dissensionē.
secte: inuidie: homicidia:
ebrietates: comestationē.
Et his similia que predicō
uobis sicut predixi. quo-
mam qui talia agunt reg-
num dei non consequen-

tur. Fructus enim spiritus est:
caritas gaudium pax lon-
ganimitas: bonitas: benigni-
tatis: mansuetudo: fidelis mo-
destia: continentia castitas.
Aduersus huius modi non
est lex. Qui autem sunt xp̄i:
carnem suam crucifixerūt
cum uicis: & concupiscenci-
is. *fer̄. iiii. Lec̄ ep̄ bea. pau.*

ap̄li ad corinthios.

R̄s. Nolite iugum duce-
re cum infidelibus. Que
enim participatio iusticie
cum iniquitate: aut que
societas luci ad tenebras.
Que autem conuentio xp̄i
ad belial: aut que pars fide-
li: cum infidele. Qui autē
consensus templo d̄i cum
idoli. Vos enim estis tem-
plum d̄i uiui: sicut dixit
deus. Quoniam inhabita-
bo in illis & inambulabo:
& ero illorum deus & ipsi
erunt michi populus.
Propter quod exite de me-
dio eorum: & separamini
dicit dominus. Et in mun-
dum ne tetigeritis: & ego re-
cipiam uos: et ero uobis in
patrem: & uos eritis michi

in filios & filias: dicit do-
minus omnipotens: has igitur
habentes promissiones
kni: mundemus nos ab
omni inquinamento carni
& spiritus: perficientes scifi-
cationem in timore di: per
ihm xpm dnm nostrum.

*lbd. xv. post oct pent. Lec
ep. be. pau. ap. ad galatas.*

Fratres. Si uiuimus
spiritu: spu & ambule-
mus. Non efficiamur ma-
nis glorie cupidi: inuicem
prouocantes: inuicem inui-
dentes: fratres: & si preoc-
cupatus fuerit homo in
aliquo delicto: uos qui spi-
ritales estis huiusmodi
instruite in spu lenitatis
Considerans te ipm ne et-
tu tempteris. Alter alteri
us onera portate: & sic ad-
implebitis legem xpi.
Nam si quis existimat se
aliquid esse cum nichil sit:
ipse se seducit. Opus au-
tem suum probet unus
quisque: & sic in semet ip-
so tantum gloriam habe-
bit & non in altero. Unus
quisque eni: onus suum por-

55
tabit. Communicet au-
tem is qui cathizatur
uerbu: ei qui se cathizatur
in omnibus bonis. Nolite
errare deus non irridet
Que enim seminauerit ho-
mo: hec & metet. Quonia
qui seminat in carne sua:
de carne & metet corrupti-
onem. Qui autem seminat
in spu: de spu metet ui-
tam eternam. Bonum
autem facientes non defi-
ciamus tempore enim suo
metemus: non deficientes.
Ergo dum tempus habe-
mus: operemur bonum
ad omnes. Maxime aute
ad domesticos fidei.

Exaltatio sce crucis.

lca. ep. be. pau. ap. ad philip.

Fratres. Hoc enim
sentite in uobis: quod
& in xpo ihu. Qui cum
informa dei esset: non ra-
pina arbitratus est esse se
equalem deo: Sed se-
met ipsum exinanuit
formam serui accipiens
In similitudinem hominu
factus & habitu inuentu
ut homo. Humiliauit

se ipsum. factus obediens
usque ad mortem. mortem
autem crucis. Propter
quod & deus illum exalta
uit. & donauit illi nome
quod est super omne no
men. Ut in nomine ihu
omne genu flectatur. ce
lestium terrestrium & in
fernorum. Et omnis lin
gua confiteatur. quia
dominus ihu xpi. in glo
ria est dei patris. *fer. iiii.*

lec. ep. be. pau. ap. ad colose:

His **R**g. **G**ratias agente
do patri qui dignos
nos fecit in partem sortis
scorum in lumine. Qui eri
puit nos de potestate te
nebrarum. & transtulit
in regnum filii dilectionis
sue. In quo habemus re
demptionem in remissio
nem peccatorum. qui est
imago dei. inuisibilis
primogenitus omnis cre
ature. Quia in ipso con
dita sunt uniuersa in ce
lis et in terra. Visibilia &
inuisibilia. siue throni
siue dominationes. siue
principatus. siue potesta

tes omnia per ipsum & in
ipso creata sunt. Et ipse est
ante omnes & omnia in ip
so constant. & ipse est caput
corporis ecclesie. qui est pri
cipium primogenitus &
mortuus ut sit in omnibus
ipse primatum tenens. per
ihm xpm. dnm nostrum.

ebd. xvi. post oet. penit.

lec. ep. be. ap. ap. ad effeso:

His **R**g. **O**bscuro uos ne
deficiatis in tribulatio
nibus meis prouobis que
est gloria uestra. huius
rei gratia flecto genua
mea ad patrem domini no
stri ihu xpi. ex quo omnis
paterinitas in celis & in ter
ra nominatur. Ut det uo
bis secundum diuicias
glorie sue uirtute corobo
rari per spm eius. in in
teri homine habitare xpo
per fidem in cordibus ues
tris. In caritate radicati
& fundati. ut possitis com
prehendere cum omnibus
scis. que sit latitudo. longi
tudo. sublimitas & profu
dum. Scire etiam super
eminentem scientie cari

tatem xpi: ut impleami
ni in omnem plenitudinē
di. Si autem qui potens
est omnia facere super ha
bundanter quam petim⁹
aut intellegimus: secundū
uirtutem que operatur
in nobis. Ipsi gloria in eccle
sia: & in xpo ihu. In omne
generationes: seculi secu
lorum amen. *fer. iii. lec
ep. be. pau. ap. ad colofenses.*

Rs Videte ne quis
uos decipiat per phi
losophiam & manem fal
latiam. Secundum tra
ditionem hominum secun
dum elementa mundi et
non secundum xpm. Qui
a in ipso habitat omnis
plenitudo diuinitatis
corporaliter. Et estis in
illo repleti qui est caput
omnis principatus & pote
tatis. In quo et circumci
si estis circumcisione nō
manufacta: in expoliatio
ne corporis carnis: sed in
circumcisione ihu xpi. Cō
sepulti ei estis in bap
tismo in quo & resurrexistis
per fidem operationis di

qui suscitauit illum a
mortuis. Et uos cum mor
tui essetis in delictis & pre
pucio carnis uestre: conui
uificauit cum illo: do
nans uobis omnia delie
ta: in xpo ihu: dno nro.

*ebd. xvii. post oct. pent.
lectio. ep. be. pau. ap. ad effesios.*

Rs **O**bscuro itaque
uos ego unctus in do
mino: ut indigne ambu
letis uocatione qua uo
cati estis. Cum omni
humilitate & mansuetu
dine: cum paciencia sub
portantes inuicem in car
itate. Solliciti seruire
unitatem sps in uinculo
pacis. Vnum corpus &
unus sps: sicut uocati
estis in una spe uocatio
nis uestre. Vnus dñs:
una fides: unum bap
tisma. Vnus deus & pa
ter omnium: qui super
omnes & per omnia &
in omnibus nobis. Qui
est benedictus in secula
seculorū am *lec. orens. vii.*
Hec dicit *fer. iii. lec
dñs deus. amos pphē*

Ecce dies ueniunt et cō
prehendet arator mello
rem: & calcator uue mit
tentem semen. Et stilla
bunt montes dulcedine:
& omnes colles cultierūt
Et conuertam captiuita
tem populi mei israhel:
et edificabunt ciuitates
desertas: & habitabunt
in eis. Et plantabunt ui
neas: & bibent uinum ea
rum. Et facient ortos
et comedent fructus eo
rum. Et plantabo eos
super humum suam:
Et non euellam eos ultra
de terra sua. quam dedi
eis: dicit dñs omnipotēs.

lectio libri hesdrae. cccxxx.
In diebus illis **C**ongre
gatus est omnis populus
quasi uir unus ad pla
team que est ante por
tam aquarum & dixe
runt hesdrae scribe. ut
afferret librum legis
moysi quem precepit do
minus israheli. Attulit
ergo hesdras sacerdos
legem coram multitudi
ne uirozum & mulierū

cunctis qui poterant in
intelligere indie prima
mensis septimi. Et legit
in eo plattea que erat an
te portam aquarum a
mane usque ad mediam
diem in conspectu uirozū
& mulierum & sapienti
um. Et aures populi e
rant erecte ad librum.
Stetit autem hesdras
scribe super lignum
gradum quem fecerat
ad loquendum. Et stete
runt iuxta eum. Et ape
ruit librum hesdras corā
omni populo: & benedix
it hesdras dño deo mag
no: & respondit omnis
populus amen. Eleua
tes omnis populus manū
suas: & incuruati sunt:
& adorauerunt prōni in
terram. Porro leuite: si
lencium faciebant in po
pulo ad audiendam le
gem. Populus autem sta
bat in gradu suo. Et le
gerunt in libro dī distinc
te & aperte ad intelligendū.
Dixit autem neemias sa
cerdos. Scribe & leuite

Dies sanctificatus est dño deo nostro. nolite lugere nolite flere. Et dixit eis. Ite & comedite pingua & bibite mustum & mittite partes eis qui non preparauerunt sibi. Quia sc̄s dies dñi est & nolite contristari. Gaudium et enim dñi est fortitudo nostra. *fer. vi.*

Leē osēe pphete.

Hec dicit dominus deus dñm dñm tuum. quoniam corruisti iniquitate tua. Tollite uobiscum uerba. & conuertimini ad dñm. Dicite ei. aufer omnem iniquitatem. & accipe bonū & reddimus uiculos labiorum nostrorum. Assur nos saluabit nos. super equum non ascendemus. nec dicemus ultra di nostri opera manuum nostrarum. quia eius qui in te est miseraberis populi. Sanabo contriciones eorum. diligam eos spontaneē quia aduersus est furor meus ab eis. Ero quasi ros. israhel germinabit

quasi lilium. Erumpet radix eius ut libani ibunt rami eius. & erit quasi oliua gloria eius. & odor eius ut libani. Couertentur sedentes in umbra eius. uiuent tritico. & germinabunt quasi iuncea. memoriale eius sicut uinum libani. Ego exaudiam & dirigam eum. ego ut abietem uirentē ex me fructus tuus inuentus est. Quis sapiens & intelliget ista. Intelligēs sciēt hec. Quia recte iue dñi. & iusti ambulant in eis.

Sab in. xii. lectiones.

Leē libri leuitici.

In diebus illis. Locutus est dominus ad moysen dicens. Decimo die mensis huius septimi. dies expiationum erit celeberrimus. et uocabitur sc̄s. Affligetis que in eo animas uestras. & offeretis holocaustum dño. Omne opus non facietis in tempore diei huius. quia dies propiciationis est. ut

ppiciet uobis dñs deus
uester. Omnis anima
que afflicta non fuerit
die hoc peribit de popu
lis suis. Et que operis
quippiam fecerit. delebo
eam de populo suo. Si
chil ergo operis facietis
meo. legitimum sempi
ternum erit uobis in
cunctis generationibus
& habitationibus uestri.
Sabbatum requietioni
est. affligetis animas
uestras. die nono men
sis a uespera usque
ad uesperam. celebrabi
tis sabbata uestra. dicit
dominus omnipotens.

Lec̄ libri leuitici.
In diebus illis. Locutus
est dñs ad moysen dicen.
Quinto decimo die me
sis septimi. quando con
gregaueritis omnes fruc
tus terre uestrae. celebra
bitis ferias septem dieb.
Die primo & die octauo
erit sabbatum. id est re
quies. Sumetis que die
primo uobis fructus
arborum pulcherime

spatulas que palmarum.
& ramos ligni densarum
frondium. et salices de tor
rente. & letabimini coram
domino deo uestro. celebra
bitis que sollempnitatem
eius septem diebus. per an
num legitimum sempiter
num erit in generationibus
uestris. Mense septimo
festa celebrabit. & habita
bitis in umbraculis septem
diebus. Omnis qui dege
nere est israhel. manebit
in tabernaculis. ut discant
posteriores uestri quod in ta
bernaculis habitare fece
rim filios israhel. cum
educerem eos de terra egip
ti. ego dominus deus uestr.

Lec̄ in ieh̄e prophete.

Domine deus noster pa
ce populum tuum in
uirga tua. gregem heredita
tis tue. habitantes terra
in salute iuxta dies an
tiquos. Videbunt gentes
et confundentur. super
omni fortitudine sua. Quo
nam quis deus similis tui.
qui auferis iniquitatem
& transfers peccatum reli

quarum hereditatis tue.
 Non imittet ultra furorem
 suum. Quoniam uolens
 misericordiam & reuertet
 & miserebitur nostri. Depo-
 net iniquitates nostras: &
 proiciet in profundum ma-
 ris omnia peccata nostra.
 Dabis ueritatem iacob: mi-
 sericordiam abraham que
 iurasti patribus nostris
 adiebus antiquis: dñe d's

In diebus illis *Leē Zacharie pphete*
 Factum
 est uerbum dñi ad me di-
 cens. Hec dicit dñs d's ex-
 ercituum. Sicut cogita-
 ui ut affligerem uos: cū
 ad iracundiam me prouo-
 cassent patres uestri & nō
 sum misertus. Sic conuer-
 sus cogitavi in diebus istis:
 ut benefaciam hierusalē
 & domui iuda. Nolite time-
 re. Hec sunt ergo uerba que
 facietis. Loquimini ueri-
 tatem: unusquisque cum
 proximo suo. Veritatem &
 iudicium pacis: iudicate
 in portis uestris. Et unus-
 quisque malum contra
 amicum suum ne cogite

tis in cordibus uestris.
 Et iuramentum mendax
 ne diligatis. Omnia enī
 hec sunt que odidit do-
 minus. Et factum est uer-
 bum dñi exercituum ad me
 dicens. Hec dicit dñs exer-
 cituum. Ieiunium quar-
 ti & ieiunium quinti. et ie-
 iunium septimi. et ie-
 iunium decimi. erit do-
 miui uide in gaudium
 & in letitiam. & in sollemp-
 nitates preclaras. Verita-
 tem tantum & pacem di-
 ligite dicit dñs exerci-
 tuum. *hic legit daniel re-
 quire mense prime, Leē ep̄
 beā pau. ap̄. ad hebreos.*

TABERNACULUM
 factum est primum:
 in quo erant candelab-
 ra et mensa & propo-
 sitio panum quod di-
 citur scā. Post uelamē-
 tum autem secundū
 tabernaculum quod
 dicitur scā scōrum.
 Aureum habens tiri-
 bulum: & arcam testa-
 menti circumtectam
 ex omni parte auro.

In qua urna aurea ha-
bens manna. et uirga
aaron que fronduerat. &
tabule testamenti. Su-
per que eam cherubin
glorie obumbrantia pro-
pitiatorum. de quibus
non est modo dicendum
per singula. His uero ita
compositis. in priore qui-
dem tabernaculo sem-
per introibant sacerdo-
tes. sacrificiorum offi-
cia consummantes. In
secundo uero semel in
anno solus pontifex. non
sine sanguine quem of-
ferret pro sua & populi
ignorantia. Hoc signifi-
cante spiritu sancto. non dum
propalatum esse sanctorum
uitam. Adhuc priori ta-
bernaculo habente sta-
tim que parabola est
temporis instantis. Iux-
ta quam munera &
hostie offeruntur. que
non possunt iuxta con-
scientiam perfectum fa-
cere seruientem. Solum
modo in cibis & in po-
tibus. & uariis baptis-

mis. & iusticiis carnis. usque
ad tempus correctionis im-
positis. Christi assistens pon-
tifer futurorum honorum
per amplius & perfectius
tabernaculum non manu-
factum. id est non huius
creationis. Neque per san-
guinem hyrcorum & uitu-
lorum. sed per proprium sa-
nguem inuouit semel in
seculo. eterna redemptione
inuenta. *Eccl. xviii. post oct-*
perit. Lectio ep. bea. pau. ap.

RS ad corinthios
Gratias ago deo meo
semper pro uobis. in gra-
tia dei que data est uob
in christo ihu. Quia in om-
nibus diuites facti estis
in illo. in omni uerbo. &
in omni scientia. sicut tes-
timonium christi confirma-
tum est in uobis. Ita ut
nichil uobis desit in ulla
gratia. expectantibus re-
uelationem domini nostri ihu
christi. Qui & confirmauit
uos usque in finem sine
crimine. in die aduentus
domini nostri ihu christi. *sec. iiii.*
Lectio ep. bea. pau. ap. ad corinthios

F **R** **S** **N**escitis quonia cor
 pora uestra membra xpi sunt
 tollens ergo membra xpi
 & faciam membra meretri
 cis absit. An nescitis quoni
 am qui adheret meretrici
 unum corpus efficitur. Et
 runt inquit duo in carne
 una. Qui autem adheret
 dno: unus sps est. Fugite
 fornicationem. Omne pec
 catum quodcumq; fecerit
 homo: extra corpus est. Qui
 autem fornicatur in corpus
 suum peccat. An nescitis quo
 nam membra uestra tem
 plum est sps sci qui in uob
 est quem habetis a deo. Et
 non estis uestri: empti eni
 estis precio magno glorifica
 te & portate deum in cor
 pore uestro. *Dedicatio basilice*

scilicet angeli. Lectio libri apo

I **n** diebus illis. **S**ignifica
 uit deus que oportet fieri
 cito: loquens per angelum
 suum seruo suo iohanni:
 qui testimoniu perhibuit uer
 bo di: & testimoniu ihu xpi que
 cuiq; uidit. *Beatus q legi & q audi
 ut uerba prophete huius: &*

seruant ea que in ea scrip
 ta sunt. Tempus enim p
 pe est. **J**ohannes septem ec
 clesis que sunt in asia:
 gratia uobis & pax ab eo
 qui est & qui erat & qui
 uenturus est. Et a septe
 spiritibus qui in conspec
 tu throni eius sunt: & ab
 ihu xpo qui est testis fide
 lis primogenitus mortu
 orum: & princeps regu
 terre. Qui dilexit nos:
 & lauit nos a peccatis no
 stris: in sanguine suo.

*Ebd. xviii. post oct. pent.
 lec. ep. bea. pau. ap. ad effesios.*

R **S** **R**enouamini
 spu mentali uestre: &
 induite nouum homi
 nem qui secundum dm
 creatus est in iusticia &
 in scitate ueritatis. Prop
 ter quod deponentes
 mendacium loquim
 ni ueritatem unus quis
 que cum proximo suo:
 quoniam sumus inui
 cem membra. Irascimi
 ni & nolite peccare. Sol
 non occidat: super ira
 cundiam uestram. **H**oli

te locum dare diabolo
Qui furabatur. iam nō
furetur. Magis autem
laboret operando mani-
bus suis. quod bonum
est ut habeat unde tri-
buat. necessitatem pa-
tienti. *fer. iiii. Lectio ep*

bea. pau. ap. ad thesalōnices.

F *Rg.* *S*tate & tenete
traditiones quas di-
dicistis. siue per sermo-
nem. siue per epistolam
nostram. Ipse autem
dominus noster ihc xpc
& deus noster & pater.
qui dilexit nos & de-
dit consolationem eter-
nam & spem bonam in
gratia. et hortetur cor-
da uestra et confirmet
in omni opere & sermo-
ne bono. Decetero fra-
tres orate pro nobis. ut
sermo dñi currat & cla-
rificetur sicut & apud
uos. Et ut liberemur
ab importunis & malis
hominibus non enim
omnium est fides. Fi-
delis autem dñs est qui
confirmabit uos & cu-

to dicit amalo. Confidim⁹
autem de uobis in dño. quo-
mam que precepimus. et
facitis & facietis. Domini⁹
autem dirigat corda uestra.
in caritate dei. et patientia
xpi. *Ebd. xx. post oct. pent.*

Lectio epistole beati pauli

apostoli. ad thesalos.

R *S* *V*idete itaque
quomodo cauteambu-
letis. non quasi insipientes
sed ut sapientes. Redimen-
tes tempus. quoniam dies
mali sunt. Propter ea no-
lite fieri imprudentes sed in-
telligentes. que sit uolun-
tas dei. Et nolite inebria-
ri uino. in quo est luxuri-
a. Sed implemini spū. lo-
quentes uobis met ipsis
in psalmis & inuis & can-
ticis spiritualibus. cantan-
tes & psallentes in cordib⁹
uestris dño. Gratias agen-
tes semper pro omnibus
uestris in nomine dñi
nr̄i ihu xpi deo & patri
Subiecti inuicem in timo-
re xpi. *fer. iiii. Lectio ep*

De bea. pau. ap. ad the-

nunciamus autem

salō

nices

le

te

uobis in nomine dñi nr̄i
 ihu xpi: ut subtrahatis
 uos ab omni fratre ambu
 lante inordinatē: & non
 secundum tradicionem
 quam acceperunt a uo
 bis. Ipsi enim scitis: quem
 admodum oporteat inu
 tari nos: quoniam non
 inquieti sumus inter uos.
 Neque gratis panem mā
 ducamini: ut ab aliquo: sed
 in omni labore & fatigati
 one nocte & die operante
 ne quem uestrum graua
 remus. Non quasi nō
 habuerimus potestatem:
 sed ut nos met ipsos forma
 daremus uobis ad imita
 dos nos. Nam et cum es
 semus apud uos: hoc de
 nunciabamus uobis quo
 nam si quis non uult
 operari: nec manducet.
 Audiuimus enim inter
 uos quosdam ambula
 re inquiete nichil opera
 tes: sed curiose agentes.
 His autem qui huiusmo
 di sunt: denunciamus &
 obsecramus in xpo dño
 ihu: ut cum silentio ope

rantes suum panem mā
 ducent. Vos autem fra
 tres nolite deficere be
 nefacientes. In xpo ihu
 dño nostro. *Eccl. xxi. pō
 octāb pent. Lec. ep̄. bea. pau*

Apostoli ad effectios.
Rg. **C**onfortami
 ni in dño: & impo
 tentia uirtutis eius.
 Induite uos armatu
 ratura di: ut possitis
 stare ad uersus insidi
 as diaboli. Quoniam
 non est nobis conlucta
 tio ad uersus carnem
 & sanguinem: sed ad
 uersus principes & po
 testates aduersus mū
 di rectores tenebrarū
 harum: contra spiri
 talia nequicie incele
 stibus. Propterea ac
 cipite armaturam
 dei: ut possitis resiste
 re in die malo: & in
 omnibus perfecti sta
 re. Stare ergo succinc
 ti lumbos uestros in
 ueritate: & induiti
 lorica iusticie: & cal
 cati pedes in prepara

tionem euuangelii pacis
In omnibus sumentes
scutum fidei. in quo pos-
sitis omnia tela nequif-
simi ignea extinguere
Et galeam salutis assu-
munt. & gladium spei.

Iquod est uerbum dei.
fer. iii. lectio ep. bea. pau.

R*apostoli ad thimoth.*
ye Nichil inuili-
mus in hunc mu-
dum. haud dubium
quia nec auferre quod
possumus. Habentes
autem alimenta et
quibus tegamur. his
contenti simus. Nam
qui uolunt diuites
fieri. incidunt in tep-
tationem & laqueum
diaboli. et desideria
multa inutilia et
nocua. que mergunt
homines in interitum
& perditionem. Ra-
dix enim omnium
malorum cupiditas est.
Quam quidam appe-
tentes. errauerunt a
fide. & inseruerunt
se doloribus multis.

Tu autem homo dei. hec
fuge. sectare uero iusticia.
pietatem. fidem. caritatem.
patientiam. mansuetudi-
nem. Certa bonum cer-
tamen fidei. apprehende
uitam eternam. in qua
uocatus es et confessus bo-
nam confessionem coram
multis testibus. Precipio
tibi coram deo qui uiui-
ficat omnia ex ipso ihu. qui
testimonium reddidit
sub pontio pilato. bona
confessionem ut serues
mandatum sine macula
inreprehensibile usque
in aduentum dni nostri
ihu xpi. *obd. xxii. p. oct.*

pentecosten. lectio ep. beati
pau. ap. ad philipenses.

R*eg* Confidimus in
dno ihu. quia qui
cepit in uobis opus bonum.
perficiet usque in diem
ihu xpi. Sicut est michi
iustum hoc sentire pro
omnibus uobis. eo quod
habeam uos in corde &
in uinculis meis. & in de-
fensione & confirmatio-
ne euuangelii. socios gau-

du mei omnes uos esse. Testis enim michi est deus: quomodo cupiam uos omnes in uisceribus ihu xpi. Et hoc oro: ut caritas uestra magis ac magis abundet: in scientia & omni sensu. Ut probetis potentia: ut sitis sinceres & sine offensa in diem xpi. Repleti fructu iusticie: per ihu xpm: in gloriam et laudem dei.

ser. iiii. Lect. ep. be. pau. ap. ad thimotheu.

Rme. **F**inis autem precepti est caritas: de corde puro & conscientia bona. & fide non ficta. A quibus quidam aberrantes: conuersi sunt in uaniloquium. uolentes esse legis doctores. Non intelligentes neque que locuntur: neque de quibus affirmant. Scimus autem quia bona est lex: si quis ea legitime utatur: sciens hoc: quia lex iusto non est posita sed iniustis & non subditis impiis & peccatoribus sceleratis & contaminatis. patricidis &

matricidis. homicidis. & fornicariis. masculorum concubitoribus. plagariis. mendacibus. peruiris. & siquid aliud sane doctrine aduersatur. que est secundum euuangelium glorie beati dei. quod creditum est michi. Gratias ago deo meo qui me confortauit in xpo ihu dno nostro.

ebd. xxiii. p. o. et pent. lect. ep. be. pau. ap. philipenses.

Rg. **I**mitatores mei esto te: & obseruate eos qui ita ambulant: sicut habetis formam uestram. Multi enim ambulant. quos sepe dicebam uobis. Nunc autem & flens dico: inimicos crucis cristi. quorum finis interitus. quorum deus uenter est: & gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt. Nostra autem conuersatio: in celis est. Unde etiam saluatorem expectamus dnm nrn ihu xpm: qui reforma

uit corpus humilitatis
nostre: configuratum cor
pori claritatis sue: Secū
dum operationem. qua
possit etiam subicere sibi
omnia. Itaque fratres me
i km̄i & desiderantissimi.
gaudium meum et coro
na mea. sic state in dño
km̄i. Euhodiam rogo
& sintichen deprecor: id
ipsum sapere in dño. Et
iam rogo & te germane
compar: adiuua illas q̄
mecum laborauerunt
in euangelio: cum cle
mente & ceteris sine ad
iutoribus meis. quorū
nomina sunt in libro ui
te. Gaudete in dño sem
per: iterum dico gau
dete. Modestia uestra
nota sit omnibus homi
nibus: dñs prope est. Ni
chil solliciti sitis in ora
tione & obsecratione: cū
gratiarum actione: pe
titiones uestre innotes
cant apud deum. Et
pax dei que exsuperat
omnem sensum: custo
diat corda uestra: & in

elligentias uestras. In xp̄o
ih̄u dño nr̄o. *Febr. iii. lect̄*
ep̄ beā. paū. ap̄. ad timoth̄m
R̄ km̄e. **N**oli itaq; eru
bescere testimonium
dñi nr̄i: neque me uinctū
eius: sed conlabora euuan
gelio secundum uirtutē
dei: qui nos liberauit et
uocauit uocatione sua.
Non secundum opera nos
tra: sed secundum proposi
tum suum: & gratiam q̄
data est nobis in xp̄o ih̄u.
ante tempora secularia.
Manifestata est autem nunc
per inluminacionem sal
uatoris nr̄i ih̄u xp̄i. Qui
destruxit quidem mor
tem inluminauit autem
uitam & incorruptionem
per euangelium: in quo
positus sum ego predicator
& apostolus & magister
gentium. Quobquam cau
sam etiā hec patior: sed nō
confundor. Scio enim cui
credidi et certus sum qui
a potens est depositum mo
um seruare in illum diē.
Formam habet annorum
uerborum que a me audi

ti infide & in dilectione in
xpo ihu dno nostro.

*Ev. xxiii. p. oct. pent. Lec.
ep. bea. pau. ap. ad colosenses.*

Reg. **N**on cessamus pro
uobis orantes & postu-
lantes ut impleamini ag-
nitione uoluntatis eius.
In omni sapientia et intel-
lectu spiritali ut ambule-
tis digne deo per omni-
a placentes in omni opere
bono fructificantes & cres-
centes in scientia dei. In om-
ni uirtute confortati secun-
dum potentiam claritatis
eius. In omni patientia &
longanimitate cum gau-
dio gratias agentes deo
patri qui dignos nos fe-
cit in partem sortis scorum
in lumine. Qui eripuit
nos de potestate tenebrarum
et transtulit in regnum
filii dilectionis sue. In quo
habemus redemptionem
in remissionem peccatorum
per ihu xpm dnm nrnm.

Fer. iiii. Lec. ep. b. p. a. ad hebreos

Reg. **O**bedite preposi-
tis uestris & subiaccete
eis ipsi enim per uigilant

quasi rationem pro ani-
mabus uestris reddituri.
Ut cum gaudio faciant
& non gementes hoc eni
non expedit uobis. Ora-
te pro nobis. Confidimus
enim quia bonam con-
scientiam habemus in om-
nibus beneuolentes con-
uersari. Amplius autem
deprecor uos hoc facere
ut quo celerius restitua-
tur uobis. Deus autem
pacis qui eduxit de mor-
tuis pastorem magnum
ouium in sanguine testa-
menti eterni dnm nrnm
ihu aptet uos in omni
bono ut faciatis uolun-
tatem eius. Faciens in uo-
bis quod placeat coram
se per ihu xpm cui
gloria in secula seculo-
rum amen.

*Dom. xv. p. oct. pent. Lectio. ep. be. pau.
ap. ad romanos.*

Reg. **N**olo enim uos
ignorare misterium
hoc ut non sitis uobis ipsis sa-
pientes. Quia cecitas
ex parte contigit israel
rahel donec plenitudo

gentium intraret. & sic
omnis israhel saluus fie
ret. Sicut scriptum est.
Veniet exsyon qui eripi
at. & auertat impietate
abiacob. Et hec illis ame
testamentum cum ab
stulero peccata eorum.
Secundum euuangelium
quidem inimici propter
uos. secundum electione
autem km̄. propter pa
tres. Sine penitencia enī
sunt dona & uocatio di.
Sicut enim aliquando
& uos non credidistis dō
nunc autem misericor
diam consecuti estis. pp
ter illorum incredulita
tem. Ita & isti nunc non
crediderunt inuestram
misericordiam. ut & ipsi
misericordiam consequā
tur. Conclufit enim d̄s
omnia incredulitate. ut
omnium miseretur. O
altitudo diuiciarum
sapientie & scientie dei.
quam inconprehensibi
lia sunt iudicia eius. et
inuestigabiles uite eius.
Quis enim cognouit sen

sum dñi. aut quis consilia
rui eius fuit. aut quis pri
or dedit illi retributionem
ei. Quoniam ex ipso & per
ipsum et in ipso sunt omnia
Ipsi gloria in secula seculorū
amen. *fer. iiii. Lec ep̄ bea. pau
apostoli. ad corinthios.*

Rnū **O**s nostrum patet
ad uos cor nostrum di
latatum est. Non angus
tiamini in uobis angustia
mini autem in uisceribus
uestris. Eandem autem
habentes remuneratione
tanquam filius dico. Di
latamini & uos. nolite ui
gum ducere. cum in fidei
bus. Que enim participa
tio iusticie cum iniquita
te. aut que societas luci
ad tenebras. Que autem
conuentio xpi. ad belial.
aut que pars fidei cum
infidele. Que autem con
sensus templo dei cum ido
lis. uos enim estis templū
di uiui. In xpo ihu. dño
nrō *In natali ecclie*

Lectio libri sapientie.
Omne deus meus exal
tasti super terram ha

bitationem meam: & pro
 morte defluenti deprecā
 ta sum. Inuocaui dñm pa
 trem dñi mei: ut non de
 relinquat me in die tribu
 lationis mee: & in tempo
 re superborum sine ad
 uitio. Laudabo nomen
 tuum assidue: et conlau
 dabo illud in confessione:
 & exaudita est oratio
 mea. liberasti me a perdi
 tione: & eripuisti me de
 tempore iniquo. Prop
 ter ea confitebor & lau
 dem dicam nomini tuo:
 dñe deus noster.

*Incipiunt lectiones de auen
 tu dñi. G. b. v. ante nat
 dñi. Lectio hieremie pro*



phete. ooo
 ecce dies
 ueniunt
 dicit dñs
 & suscita
 bo dauid
 germen
 iustum

Et regnabit rex & sapi
 ens erit: & faciet iudici
 um & iusticiam in terra.
 In diebus illis saluabit

iuda: & israhel habit con
 fidenter. Et hoc est no
 men quod uocabunt e
 um: dñs iustus noster.
 propter hoc ecce dies ue
 niunt dicit dñs & non

*dicent ultra uiuit dñs
 qui eduxit filios israhel
 de terra egypti: sed ui
 uit dñs qui eduxit &
 ad duxit semen domus
 israhel de terra aqu
 lonis & de cunctis ter
 ris ad quas eieceram
 eos illuc. Et habita
 bunt in terra sua: di
 cit dñs omps. fer. iiii.*

Lectio. ep. b. pa. ap. ad thesal.

TER **O**ratias agere
 debemus deo semp
 pro omnibus uobis: ne
 memoriam facientes in
 orationibus nostris si
 ne intermissione. me
 more operis fidei ues
 tre & laboris: & caritatis
 & sustentate spei dñi nos
 tri ihu xpi: ante dñm &
 patrem nostrum. Scien
 tes fratres dilecti a deo
 electionem uestram: qui
 a euangelium nostrum

26. 26. 26

26. 26. 26

26. 26. 26

non fuit ad uos infirmitas
ne tantum. sed in uirtute
et in spiritu sancto. & in plenitu-
dine multa. sicut scitis
quales fuerimus in uobis
propter uos. Et uos imi-
tatores nostri facti estis
& domini. excipientes uer-
bum in tribulatione
multa cum gaudio spiritus
sancti per omnia secula se-
culorum amen. *127*

127 *128* *129* *130* *131* *132* *133* *134* *135* *136* *137* *138* *139* *140* *141* *142* *143* *144* *145* *146* *147* *148* *149* *150* *151* *152* *153* *154* *155* *156* *157* *158* *159* *160* *161* *162* *163* *164* *165* *166* *167* *168* *169* *170* *171* *172* *173* *174* *175* *176* *177* *178* *179* *180* *181* *182* *183* *184* *185* *186* *187* *188* *189* *190* *191* *192* *193* *194* *195* *196* *197* *198* *199* *200*

128 *129* *130* *131* *132* *133* *134* *135* *136* *137* *138* *139* *140* *141* *142* *143* *144* *145* *146* *147* *148* *149* *150* *151* *152* *153* *154* *155* *156* *157* *158* *159* *160* *161* *162* *163* *164* *165* *166* *167* *168* *169* *170* *171* *172* *173* *174* *175* *176* *177* *178* *179* *180* *181* *182* *183* *184* *185* *186* *187* *188* *189* *190* *191* *192* *193* *194* *195* *196* *197* *198* *199* *200*
Benedictio domini super
caput iusti. Ideo de-
dit illi hereditatem. et
diuisit ei partem in tribu-
bus duodecim. & inuenit
gratiam in conspectu om-
nis carnis. Et magnifi-
cauit eum in timore in-
micorum. et uerbis suis
monstra placauit. Glo-
rificauit eum in conspec-
tu regum. & ostendit il-
li gloriam suam. In fide
& lenitate ipsius sanctum fe-
cit illum. & elegit eum
ex omni carne. Dedit illi
precepta & legem uite &
discipline. & excelsum fe-

cit illum. Statuit ei testa-
mentum eternum. circum-
cixit eum zona iusticie
Et induit eum dominus. coro-
na glorie. *IN HARVAT S OJ*
AD R O S E A P O S T O L I . O U
L E C E P B E P A V L I . A P A D
R O M A N O S .

RACRES

Corde enim
credi-
tur

ad iusticiam.
ore autem co-
fessio fit in sa-

lutem. Dicit enim
scriptura. Omnis qui
credit in illum. non
confundetur. Non
enim est distinctio.
iudei. & greci. Nam
idem dominus omnium.
diues in omnes qui in-
uocant illum. Om-
nis enim qui cum-
que inuocauerit nomen
domini. saluus erit.
Quomodo ergo in-
uocabunt. in quem

non crediderunt. aut quo
modo credent ei. quem nō
audierunt. Quomodo au
tem audient sine predican
te. quomodo uero predica
bunt nisi mittantur. Sicut
scriptum est. Quam specio
si pedes euuangelizantium
pacem. euuangelizantium
bona. Sed non omnes obe
diunt euuangelio. Ysaiaf
autem dicit. Dñe quis credi
dit auditui nostro. Ergo
fides ex auditu. auditus
autem per uerbum xp̄i.
Sed dico. numquid non
audierunt. Et quidem i
omnem terram exiit so
nus eorum. et in fines orb̄
terre. uerba eorum. **68**

**133. Acte. Hic dñi. Lec. ep̄. bea
pau. ap̄. ad romanos.**

Reg. **S**cienter quia
hora est. iam nos de
sompno surgere. Hunc
autem prop̄ior est nostra sa
lus. quam cum credidim̄.
Nox precessit. dies autem
appropinquabit. Abiciam̄
ergo opera tenebrarum.
et induamur arma lu
cis. sicut in die honeste

ambulemus. Non in com
messationibus & ebrieta
tibus. Non in cubilibus
& impudiciis. Non in co
tencione. & emulatione.

Sed in diuini. domi
nii. ih̄m xp̄i. **fer. iij.**

Lec. ep̄. beati iacobi ap̄ti.

Rmi. **P**acientes estote
& uos et confirmate
corda uestra. quoniam
aduentus dñi approp̄i
quabit. Nolite in geme
cere fratres in alterutrū.
ut non iudicemini. Ec
ce iudex ante ianuā. as
sistite. exemplum accipi
te fratres exitus mali. &
longanimitatis & labo
ris & patientie per pro
phetas qui locuti sunt.
in nomine dñi. **68. iij.**

ante nat̄ dñi. lec. e. v. p.

Ris. **Q**ue ap̄. ad romanos
cumq̄ enī scripta s̄t
ad nostram doctrinam
scripta sunt. ut per pa
cientiā et consolationem
scripturarum. spem hā
beamus. Deus autem
patientie & solaci. det
uobis id ipsum sapere

malter utrum: secundū
ih̄m xp̄m. Vt unanimes
uno ore honorificetis d̄m
& patrem d̄ni nr̄i ih̄u
xp̄i. Propter quod susci-
p̄te inuicem: sicut &
xp̄s suscepit uos in hono-
rem dei. Dico enim xp̄m
ih̄m ministrum fuisse
circumcisionis propter
ueritatem dei: ad confir-
mandas promissiones
patrum. Gentes autem
super misericordia ho-
norare d̄m sicut scrip-
tum est. Propterea con-
fitebor tibi in gentibus: &
nomino tuo cantabo. Et
iterum dicit. Letamini
gentes cum plebe eius.
Et iterum dicit. Laudate
omnes gentes d̄m: et
magnificate eum om-
nes populi. Et rursum
ysaias ait. Erat radix
iesse: & qui exsurgit re-
gere gentes: in eum gen-
tes sperabunt. Deus au-
tem spei repleat uos om-
ni gaudio & pace incre-
dendo. Vt abundetis in
spe: & uirtute sp̄s sc̄i.

*Ferja quarta. Lectio ora
Laetis prophetis*

Hec dicit d̄s. Ecce ego
mitto angelum meum:
& preparabit uiam ante fa-
ciem meam. Et statim ue-
niet ad templum suum
dominator: quem uos que-
ritis: angelus testamenti
quem uos uultis. Ecce ue-
nit: dicit d̄s exercituum.
Et quis poterit cogitare di-
em aduentus eius: & quis
stabit ad uidendum eum.
Ipse eum quasi ignis con-
flans & quasi herba ful-
lonum: & sedebit conflan-
& mundans argentum:
& purgabit filios leui: &
colabit eos quasi aurum
& quasi argentum: & erunt
domino offerentes sacri-
cia iniusticia: & placebit
d̄no sacrificium iuda: &
hierusalem sicut dies secu-
li & sicut anni antiqui. Et
accedam ad uos in iudicio:
& ero testis uelox. Ecce enī
dies ueniet succensa qua-
si caminus: & erunt om-
nes superbi: & omnes im-
pietatem facientes stipula.

65
& inflammabit eos dies ue
mens dicit dñs exercituum.
Quenon relinquet eis ra
dicem. & germen. Et ori
etur uobis timentibus no
men meum sol iusticie. &
sanctas impennis eius. &
egrediemini et fallietis si
cut utuli de armento. &
calcabitis impios cum fue
rint cinis. supplantate pedu
uestrorum in die qua ego
facio dicit dñs exercituum

Nememote legis moysi ser
ui mei. quam mandavi
ei in horeb ad omnem isra
hel. precepta & iudicia.
Ecce ego mittam uobis
helyam prophetam. ante
quam ueniat dies dñi
magnus. & horribilis. Et
conuertet cor patrum ad
filios. & cor filiorum ad
patres eorum. *Eccl. 11. ante
nat dñi. Lec. eplē s̄a pauli*

apostoli ad corinthios.
Sic nos existimate
homo ut ministros
xpi. & dispensatores
misteriorum di. **H**ic iam
queritur inter dispensa
tores. ut fidelis quis in

ueniatur. **M**ichi autem p
minimo est ut auobis iu
dicer. aut ab humano die
Sed neque me ipsum iu
dico. Nichil enim michi
consciuis sum. sed non in
hoc iustificatus sum. Qui
autem iudicat me. dñs ē.
Itaq; nolite ante tempus
iudicare. quo ad usque
ueniat dñs. Qui & illu
minabit ab scoundita te
nebrarum. & manifesta
bit consilia cordium.
Et tunc laus erit. uniu
ique adeo. *fer. iiii. oys. x.*

Lectio ysaię prophete
in diebus illis. **D**ixit
ysaias. Erunt in nouissi
mis diebus preparatus
mons domus dñi inuer
tee montium. & eleua
bitur super colles. Et
fluent ad eum omnes
gentes. & ibunt populi
multi. dicent. Venite
ascendamus ad monte
dñi. & ad domum dei
iacob. Et docebit nos
uias suas. & ambula
bimus in semitis eius.
Quia desyon erit lex

& uerbum dñi de ieru
salem. Et iudicabit gen
tes: & arguet populos
multos. Et conflabunt
gladios suos in uomeres:
& lanceas suas in falces.
Non leuabit gens con
tra gentem gladium.
Hec excercebuntur ul
tra ad prelium. Domus
iacob. Venite &ambu
lemus: in lumine dñi
dei nostri.

Lectio ysaię pphete.

In diebus illis. **L**ocus
est dñs ad achaz dicens:
pete tibi signum ad dño
deo tuo: in profundum
inferni: & siue in excel
sum supra. Et dixit a
chaz. Non petam: & nō
temptabo dñm. Et dixit
Audite ergo domus da
uid. Numquid parum
uobis est molestos esse
hominibus: quia mo
lesti estis et deo meo?
Propter hoc dabit dñs
ipse uobis signum. Ecce
uirgo concipiet et pari
et filium: & uocabitur
nomen eius emmanu

hel. Butirum et mel come
det ut sciat reprobare mā
lum: & eligere bonum.

Feria quinta.

Lectio ysaię pphete.

Hec dicit dñs. **E**gre die
tur uirga de radice
iesse: & flos de radice eius
ascendet. Et requiescet su
per sp̄s dñi: sp̄s sapientie & i
tellectus sp̄s cōsiliij & fortitudi
nis: sp̄s scientie & pietatis: &
replebit eum spiritus tim
oris dñi. Non secundū
uisionem oculorum iudi
cabit neque secundum
auditum aurium arguet.
Sed iudicabit in iusticia
pauperes: & arguet iniq
tate pro mansuetis terre.
Et percuciet terram uir
ga oris sui: & sp̄s labioꝝ
suorum interficiet impi
um. Et erit iusticia cin
gulum lumborum eius:
& fides cinctozum renum
eius. *salb. in. xii. lectiones.*

Lectio ysaię pphete.

In diebus illis. **C**lama
bunt ad dñm a facie tribu
lantis: & mittet eis saluato
rem & propugnatozem.

qui liberet eos. Et cognos-
cetur dñs ab egypto: & cognos-
cent egypti dñm in die illa.
et colent eum in hostiis et
muneribus: & uota uoue-
bunt dño & soluent. Et p-
cutiet dñs egyptum plagā.
& sanabit eam. Et reuer-
tentur ad dñm: & placā-
bitur eis. Et sanabit eos
dñs dñs noster.

Lectio ysaię prophete.

Hec dicit dñs. *L*etabitur
deserta & inuia: & ex-
ultabit lingua solitudo:
& floreat quasi lilium.
Germinans germinabit:
& exultabit letabunda.
Et laudans gloria libani
data est ei: decore carne-
li & saron. Ipsi uidebunt
gloriam domini et deco-
rem dei nostri. Conforta-
te manus dissolutas: &
genua debilia roborate.
Dicite pusillanimis con-
fortamini: & nolite time-
re ecce deus uester: ultra-
tionem adducet retribu-
tionis: deus ipse ueniet
& saluabit nos. Tunc
aperientur oculi cecoru:

& aures surdorum pa-
tebunt. Sicut saliet sicut cer-
uus claudus: & aperta
erit lingua mutorum.
Quia scisse sunt in deser-
to aque: & torrentes in
solitudine. Et que erat
arida in stagnum: & si-
cens fontes aquarum:
dicit dñs omnipotens.

Lectio ysaię prophete.

Hec dicit dñs. *S*up
omnem montem ex-
celsum ascende tu euuā-
gelizas syon. Exalta in
fortitudine uocem tuā:
qui euuangelizas hieru-
salem. Exalta nolite me-
re: dic ciuitatibus uide.
Ecce deus uester: ecce do-
minus in fortitudine ue-
nerit: & brachium eius do-
minabitur. Ecce mer-
ces eius cum eo: & opus
illius coram eo. Sicut
pastor gregem suum pas-
cet in brachio suo con-
gregabit agnos: & in si-
nu suo leuabit eos. dñs
deus noster.

Lectio ysaię prophete.

Hec dicit dñs. *A*pō meo cyro: cuius

apprehendi dexteram: ut
subiciam ante faciem mea
eius gentes: & dorsa regu
uertam. Et aperiam cora
eo ianuas: & porte non clau
dentur. Ego ante te ibo: &
glossos terre humiliabo.
Portas ereas conteram:
& ualles ferreos confrin
gam. Et dabo thesau
ros absconditos: & arca
na secretorum. Ut scias
quia ego sum dñs. qui
uoco nomen tuum deus
isrl. Propter seruum
meum iacob & israhel
electum meum. & uoca
ui te in nomine tuo: as
simulauit te & non cogno
uisti me. Ego dñs: & non
est amplius. Extra me nõ
est deus. Accinxi te & nõ
cognouisti me. Ut sciant
hi qui abortu solis: & q
ab occidente. quoniam
absque me non est deus.
Ego dñs. & non est alter
formans lucem: & creans
tenebras. Faciens pacem:
& creans malum. Ego do
minus faciens omnia
hec. **R**orate celi de super

& nubes pluant iustum. Ape
riatur terra: & germinet sal
uatorum. Et iusticia oriatur
simul ego dñs creauit eum.

*hic legitur daniel p̄ph̄e cū
s̄c̄nd̄ r̄q̄i mens̄. i. l̄c̄. ep̄. be
r̄s̄ pau. ap̄. ad thesalōm̄c̄s̄.*

Rogamus uos per adue
tum dñi nr̄i ihu xp̄i et
nostre congregationis in
ipsum ut non cito moue
animi auestro sensu. Ne
que terramini: neque per
sp̄m: neque per sermonē:
neque per epistolam tam
quam per nos missam qua
fuit dies dñi. Ne quis
uos seducat ullo modo:
quoniam nisi uenerit de
cessio primum: & reuela
tus fuerit homo peccati
filius p̄ditionis: qui ad
uersatur & extollitur su
pra omne quod dicitur
deus aut quod colitur. Ita
ut in templo dei sedeat: os
tendens se tanquam sit
deus. Non retinetis. Quod
cum adhuc essem apud uos
hec dicebāti uobis. Et nūc
quid detineat scitis: ut re
ueletur in suo tempore.